¶Materia huius hymni est inuocatio quam facit autor: vt quemadmodum xp̄s aquas ab aquis in secunda die separauit & partē in terrā reliquit: & partē in cœlum attulit pp̄ter nimietatē aq: ideo qa terra confussa erat & ne calor solis dissiparet res mūdanas: ita diuidat mētes nostras de malis operibus. Sed q̄ritur cur partē attulit in cœlū: & ad quid cœlū igneum est. Ignis leuis materie est. & ideo si non interposuisset aliud elementū puta aquam: ignis totam terram leuiter cōbureret: & si q̄ratur qualiter aque manent sup ignem. Augusti. dicit q fortitudo ignis aquam coagulat & coarctat. Item queritur: si cœlum mobile est rotundum: quō aque manent sursum: Ambrosius dat hoc exemplum. qa multa corpora exterius sunt rotunda: quæ interius sunt qnadrata. & sic potest esse cœlum. Cœlestes namq nature ignee sunt: vnde spiritus dicitur purus ether: quia rogus .i. ignis: vnde nisi vnda superioris & inferioris aque ethera siue ignem temperaret: totam terram incenderet: & ruptam in puluerem dissiparet. (O Christe conditor immense) .i. sine mensura (cœli qui diuidens fluenta aque) .i. aquarum cursus (ne confunderent mixta) .idest superficiem terre: idest confusionem facerent (cœlum dedisti limitem) .i. terminū inter aquas superiores & inferiores.

Augustinus. Quō sūt aq̄ in cœlo. Ambrosius.

Firmans locum cœlestibus
Simulq; terræ riuulis
Vt vnda flammas temperet:
Terræ solum ne dissipent.

¶Tu dico (firmās locū).s.inter aq̄s cœlestes & aq̄s terrestres. (cœlestibus).i.angelis vel aquis & (simul riuulis terræ),i.fluminibus vel peccatoribus (vt vnda).i.aqua (temperet flāmas) idest ignē firmamēti ne flammę dissipent solum terrę (solum) idest soliditatem.

Infunde nunc piissime
Donum perennis gratiæ:
Fraudis nouę ne casibus
Nos error atterat vetus.

¶O tu piissime (infunde nunc).i.in p̄senti (donū pennis grę).i.spūsancti (ne error) idolatrię vel originale pctm̄ (vetus).i.antiquus (atterat).i.conterat (nos casibus nouę fraudis).i.hęresis vel diaboli. Nouus dicitur: quia nullus alius peccauerat per originalem peccatum.

Lucem fides inueniat:
Hæc luminis iubar ferat.
Hæc vana cuncta terreat:
Hāc falsa nulla cōprimant.

¶Fides) nostra inueniat lucē tuam o tu xp̄e & inueniendo (ferat iubar).i.splēdorem (luminis).i.spū sancti & ferendo (iubar) tribuat se nobis (hæc).i.fides (terreat cuncta vana).i.cunctam prauitatem hæreticam (nulla falsa comprimant).i. deprimant (hāc) scilicet fidem. Alias, sic luminis iubar ferat & nō hęc:

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur secūda feria ad horas nocturnas. Hortatur nos: vt surgamus ad orationem qua deum confiteamur. & peccatorū veniā petamus.

Somno refectis artubus
Spreto cubili surgimus:
Nobis Pater canentibus
Adesse te deposcimus.

¶Materia huius hymni est q̄ debemus surgere de lecto) idest de peccato: & deprecari Deū vt dimittat nobis peccata nostra: scilicet pręsentia & pręterita & futura. Cum facimus inuocationem ad deum patrem sic debemus dicere. O deus pater (refectis artubus somno).i. sensibus nostris repletis in mundana delectatione (surgimus spreto cubili).i. ipsa delectatione: q̄a postq̄ fuerunt membra nostra refocillata somno & reparata virtute: debemus cum indignatione spernere. & ad dei seruitium festinare & tunc Deus aderit nobis (deposcimus) idest deprecamur (te adesse (scilicet pręsentem (nobis canentibus) idest: laudantibus.

Te lingua primum concinat:
Te mentis ardor ambiat:

¶Et ideo nō solū corde sed etiā lingua te deprecamur o domine lingua nostra concinat).i.laudet (& pręmium)

Vt actuum sequentium
Tu sancte sis exordium.

p̄mium) idest maxie super omnia (ardor) idest amor mentis nostre (ambiat).i.desideret te & ad quid (vt tu sancte) pater (sis exordiū) idest principium nostrorum (actuum sequentium) vt omnis nostra actio a te semper incipiat. & per te incepta finiatur.

Cedant tenebre lumini
Et nox diurno syderi:
Vt culpa quam nox intulit:
Lucis labescat munere.

¶ Tenebre: idest vitia vel peccata (cedant idest locum dent (lumini) idest Christo (nox) supple cedat (diurno syderi) idest soli (vt cl'pa) idest peccatum (quam nox intulit) nobis.i.diabolus (labescat (.i. euanescat (munere).i.grā (lucis).i. xp̄i vel spiritus sancti.

Labascat nō labescat legit Antoni.

Precamur idem supplices:
Noxas vt omnes amputes:
Vt ore te canentium:
Lauderis in perpetuum

¶ Nos supplices) idest humiles (p̄camur idē).i. illud & ad quid? (vt amputes (.i.auferas) omnes noxas) i.omnia peccata & vitia vt lauderis in perpetuum ore canentium te.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur feria secūda ad laudes matutinas aduentante luce: filium qui est splendor patri: deinde patrem ipsum multa petens implorat.

Splendor paterne glorie
De luce lucem proferens:
Lux lucis & fons luminis
Dies diem illuminans:

¶ Materia huius hymni est p̄ris & filij & sp̄ussancti credulitas: q tm̄ pater sit in filio & filius in p̄re & sp̄ussantus p̄cedens ab vtroq;. Et per hanc credulitatem rogamus vt cōfirmet.i. conferat nobis suā gratiam: vt sit nobis cibus & potus. (O xp̄e q es splēdor p̄rne glorie).i. patris: quia per patrem glorificatur) proferens lucem) idest spiritū sanctum (de luce) idest de patre vel (proferens) idest manifestans (lucem).i. te ipsum æternam lucem venientem in hunc mūdum de luce paterna. (O lux idest filius lucis idest patris & (fons & origo luminis) scilicet spiritus sancti (tu dies illuminās diē) idest: quos p̄dicatione illos apostolorum facis illuminari.

¶ Paulus ad Hebreos.i. qui cum sit splen.

Verusq; sol illabere:
Micans nitore perpeti:
Iubarq; sancti spiritus
Infunde nostris sensibus.

¶ Et o tu christe qui es (verus sol illabere).i.descēde (micans nitore p̄peti) idest perpetuo lumine eterno (& infunde) idest mitte (iubar) idest splendorem spiritus sancti (nostris sensibus) idest nostris mētibus: vt non solum vocemus te filium & patrem.

¶ Et non solũ vocemus te filiũ (votis vocemus) idest depecemur cum desiderio vocemus inq̃(te p̃rem perẽnis gl'ie).i.ppetuę: quia infinita erit: & vocemus(vt p̃r potẽtis gr̃ę religet).i.restringat vł mittat in exilium(culpam lubricam).i.libidinem q̃ facit hominem cito labi de bono ad malum. statu innocẽtię ad statum culpę.

Votis vocemus te patrem
Patrem perennis glorię:
Pater potentis gratię
Culpam religet lubricam.

¶ Dixi inuocemus & quare? vt pater (informet).i.componat (actus strẽnuos).i.honestos: scilicet bõas operationes(& retũdat).i.frangat dentẽ).i.fortitudinẽ(inuidi).i.diaboli. Nã queadmodũ aliquis mordet escã: ita diabolus mordet & seducit christianos operãdo mala in eis(& secundet) idest faciat prosperos(casus nostros asperos) scilicet castigando nos sępissime faciat secundare (donet nobis gr̃am gerendi).i. patiendi eosdem casus asperos.

Informes actus strenuuos
Dentẽ retundat inuidi:
Casus secundet asperos
Donet gerendi gratiam.

¶ Modo cõuertit se ad fides.q.d.filius infundat in nobis iubar sãcti spiritus & actus nr̃os dirigat & (gubernet mentem).i.animã nr̃am (& regat)eam castam in fide catholica fideli corpore) sanctę ecclesię vt fides nostra(ferueat) idest ardeat(calore)charitatis vel amore spiritus sancti(nesciat venena)idest hęreses(fraudis)idest diaboli.

Mentem gubernet & regat
Castam fideli corpore:
Fides calore ferueat:
Fraudis venena nesciat.

¶ Vt mens sit nescia fraudis (Xp̃s sit nobis cibus)idest p̃dicatio dei q̃ reficiat nos: idest mentes nostras vt cibus reficit corpus: & hac comestione: idest prędicatione: habeamus potum idest fidem. Fides est charitas p̃dicatiõis(q̧)pro &: christus sit cibus cœlestis(& fides) scilicet catholica sit noster potus(lęti)idest alacres vel hilares(bibamus sobriam ebrietatem)idest temperatam.s.infusionẽ spiritus sancti: vt nos seruet a pectõ & ebrietas spũs est sobria.i.tẽperata & modesta.quia homines inflamat amore dei: & seruat ab amore peccati: quia sicut ille qui est ebrius obliuioni tradit omnia nec recordatur. sic qui est plenus spiritu sancto vel gratia spiritus sãcti omnia mundana obliuiscitur.

Christusq̧ nobis sit cibus:
Potusq̧ noster sit fides.
Lęti bibamus sobrie
Ebrietatem spiritus.

¶ Hic dies).i.p̃sens vita(lętus transeat).i.exterminetur(lętus dies(.i. adueniat ad nos(& pudor).i. castitas sit(vt diluculũ).i.vt aurora luceat(fides sit velut meridies)& fer

Lętus dies hic transeat
Pudor sit vt diluculum

Fides

Fides sit: vt meridies.
Crepusculum mens nesciat.

ueat amore spiritus sancti sicut meridies feruet: etiam (mens crepusculum nesciat).i.pecctm̄: quia crepusculum est (lucis) idest diei finis & noctis principium:.

Aurora cursus prouehit:
Aurora totus prodeat
In patre totus filius
Et totus in verbo pater.

¶Aurora).i.pr̄) ꝓuehit cursus).i. ducit filium suum ad sui superiora (aurora prodeat) idest manifestetur totus in substantia deitatis. qa filius in substātia deitatis totus est in patre (& pater totus in verbo) .i. in filio quia totus est vnus deus.

Additio. Memini videre textum sic. Amor recursus prouehit hoc est. spiritus sanctus ꝓmoueat recursus nostros ad Deum.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur feria tertia ad nocturnas horas per noctis tenebras: petit a christo qui est vera lux: vt ignorantię tenebras; & somni desidiā a nobis discutiat.

COnsors paterni luminis
Lux ipse lucis & dies:
Noctē canēdo rumpimus:
Assiste postulantibus.

¶Materia huius hymni est resurrectio noctis. & sicut nos surgēdo rūpimus noctē: ita xp̄s surgendo rupit mortē (idest (vicit pctm̄:. vel sicut dies aduenens noctis vmbram effugat: sic aduenienti vero lumine .s.christo: ip̄e christus vitiorꝫ idest peccatorꝫ tenebras effugauit & totum mundum illuminauit. O xp̄e (consors).i.ęqualis vel conscius eius naturę: qui est pater: quia vnū est nomen patris & filij & sp̄us sancti (paterni luminis (tu inq̄ christe consors luminis (tu ipse lux).i.filius q̄ lux est Ioānis.i.(lucis).i.pr̄is (& dies) dierum vel omnium luminū (rumpimus noctem) idest peccatum (canēdo) idest laudādo te. & ideo (assiste postulantibus) tecum precibus.

Aufer tenebras mentium:
Fuga cateruas dęmonum;
Expelle somnolentiam;
Ne pigritantes obruat.
Sic christe nobis omnibus
Indulgeas credentibus;
Vt prosit exorāntibus:
Quod p̄cinentes psallimus.

¶Aufer tenebras) idest ignorātias mentium nr̄arum (fuga cateruas dęmonū).i.turbas malignorꝫ sp̄uum (expelle sōnolētiā).i.aīmę pigritiā: neilla somnolentia .i. pctōrꝫ dormitio vel neglgētia (obruat).i. p̄cipitet (pigritātes (.i.ī pctis dormiētes. ¶Sic (.i.taľr (o xp̄e indulgeas).i.misercaris (oībus credētibus nobis): (vt qđ p̄cinētes).i.laudātes (psallimus) ore.s.& corde (ꝓsit exorantibus).i.ꝓficiat nobis depcātibus.

Carmē est q̄le illud primo dierū. Canit̄ ad laudes matutinas feria iiij. Quod quēadmodū gallus nos a somno excitat: ita & christus a socordia, deinde xp̄i misericordiam implorat.

Ales diei

Ales diei nuncius
Lucē ꝓpinquā pręcinit:
Nos excitator mentium
Iam christus ad vitam vocat.

¶Materia huius hymni est exhortatio xp̄i ad nos vt surgamus a vitiis & adhęreamus virtutibus: & pręmittit exemplum alitis .i. galli. sicut enim galli cātus nos excitat vel vocat ad diem venientem: sic xp̄s excitat mentes nr̄as & vocat nos per scripturas sacras ad opa virtuosa p̄nunciãs ꝙ in ꝓximo est venturus: eius vero aduentus tempus ignoratur. vnde benedicitur. Surgite & vigilate: quia nescitis diem neqꝫ horam. &c̄. (Ales). i. gallus (nuncius diei pręcinit). i. prędicit (lucem). i. diem nobis (propinquā. Christus excitator mentiū) nr̄arum (vocat nos ad vitam iā). i. iā ad se vocat nos.

Auferte clamat lectulos
Aegros sopore desides:
Castiqꝫ recti ac sobrii
Vigilate etiam sum ꝓximus.

¶Christus (clamat) idest vocat & pręcipit nobis dicens (o desides (.i. o pigri (auferte) idest relinqte (lectulos ęgros). i. carnalitatē vel corda vestra (sopore). i. peccato irretitam aut in sequētes libidinē. et vigilate caste postulantes (recte) non tortuose (sobrie) non ebrie. Et bene debetis facere hoc: quia ego (xp̄s iam proximus sum) vobis. Vel secūdum aliam litteram. o (casti) anima & corpore & o (recti) verbo & opere (sobrii). i. temperati cibo & potu (vigilate: iam sum proximus.

Iesum ciamus vocibus:
Flentes precantes sobrie
Intenta supplicatio
Dormire cor mundū vetat.

¶Et quia christus est proximus o fratres (sciamus) idest vocemus (iesum) vos dico (flentes precantes) idest cum fletu rogantes illum (sobrie) idest cum sobrietate sine omī fœditate (intēta supplicatio) idest assidua deprecatio (vetat cor mundum dormire) idest in aliquo mortali peccato.

Tu christe somnum discute:
Tu rumpe noctis vincula:
Tu solue peccatum vetus:
Nouumqꝫ lumen ingere.

¶O tu christe (discute) idest dissipa vel (discute) idest diuide (somnum) idest peccatum vel diabolum ne nos decipiat (& tu rumpe) discutiendo (vincula noctis) idest diaboli vel pœnas inferni: quæ dicuntur nox. vt nos non decipiant (tu solue peccatum vetus) idest originale (& ingere) idest īmitte (nouum lumen) idest spiritum sanctum qui dicit̄ nouus: qa eiiciendo a nobis vetera & peccata: nos renouat lumine gratiæ.

Carmen est quale illud primo dierū. Canit̄ ad horas vespertinas feria tertia: quo die quia terra protulit herbam virentem: petit nostra peccata gratiæ vigore mundari.

Telluris

TEllluris ingens conditor
Mundi solum qui eruens
Pulsis aque molestijs
Terram dedisti immobilem.

¶Materia huius hymni est deprecatio quã facimus ad Deũ: vt sicut deus pater fecit cœlũ & terrã: & diuisit superiora ab inferioribus: ita sua pietate nr̃a peccata dimittat. Et sicut dedit terram immobilẽ vt face ꝙ moleret fructũ gratũ: ita faciat membra nr̃a acceptabilia ad fructificandũ sibi. (O ingens cõditor telluris).i. totius orbis (qui eruens).i. diuidens (solum mundi ab aquis).s. ab inferioribus & a superioribus (atq̃), p & (dedisti terram imobilem) & hoc (pulsis molestijs) idest elementis quæ valde molesta erant dum inter se essent confussa: idest simul mixta.

Aq̃ moleſtijs legẽ dũ: nõ atq̃ ſtijs: An to. adnotauit.

Vt germen aptum proferens
Fuluis decora floribus:
Fœcunda fructu sisteret:
Pastumq̃ gratum redderet.

¶Vt illa terra.s. (proferens).i. producens (germen aptum).i. cõgruũ hominibus (sisteret).i. permaneret (fœcũda).i. abũdãs & fertilis (fructu) acceptabili. illa dico (decora).i. speciosa (fuluis floribus) idest rubeis & albis (q̃) pro & (redderet gratum pastum) acceptabilem tã hominibus ꝙ pecudibus.

Mentis perustę vulnera
Munda vigore gratiæ:
Vt facta fletu diluat
Motusq̃ prauos atterat.

¶O xp̃e (mũda (.i. purga (vulnera perustæ mentis).i. pc̃tã vel flãmas animę peccatricis: & hoc (vigore gratiæ) idest spiritus sancti (vt diluat facta) idest emẽdet peccata cõmissa (fletu (idest gemitu. atterat.i. auertat (prauos motus) idest refrenet nostros prauos actus. Alias, vigoris gratia.i. mediante gratia sancti spũs qui est fõs & origo totius gr̃ę.

Iussis tuis obtemperet:
Nullis malis approximet:
Bonis repleri gaudeat:
Et mortis actu nesciat.

¶Et mens illuminata (obtemperet iussis tuis) idest obediat mandatis tuis (& non approximet) idest non accedat vel appropinquet (malis vilis) scilicet operibus: sed gaudeat impleri bonis operibus (& nesciat actũ mortis).i. nõ cognoscat mortale pc̃tm̃ vel pœnas inferni.

Carmẽ est quale illud primo dierũ. Canitur ad horas nocturnas Feria. iiij. Surgentibus. per noctis somnũ ad confitendum christo: petit peccatorum condonationem.

REerum creator optime
Rectorq̃ noster aspice:
Nos a quiete noxia
Mersos sopore libera.

¶Materia huius hymni ẽ iuocatio ad deũ vt dignet̃ cribus nr̃is ig̃nosce re: vt sicut surgimus d̃ lecto & rũpimus noctẽ: sic xp̃s rũpat pc̃tã (o optime creator oĩm reru) ô rector aspice nos.i. libera nos (a qete noxia) qa q̃ carnẽ oblectãt: noxia sunt sanctę animę. nos dico (libera) redime (miseros).i. obrutos (sopore).i. pc̃tõ:

Te xp̃e

Te christe sancte poscimus;
Ignosce tu crimininibus:
Ad confitendum surgimus:
Morasqꝫ noctis rumpimus.

¶Ideo poscimus).i. deprecamur te o(sanctę xp̄e ignosce).i. parce culpis omnibns(vel ignosce tu criminibus) nr̄is omnibus (surgimus) de virtute in virtutē.s. cōfitendo peccata &(rūpimus moras) idest impedimenta(noctis).i. diaboli.

Mentes manusqꝫ tollimus
ps.cxviij: Prophetam sicut nouimus:
Nobis gerendum pręcipit
Paulusqꝫ gestis censuit.

¶Tollimus).i. subleuamus (mentes).i. cogitationes (& manus) .i. opationes(sicut nouimus pphetā) s. Dauid(qui precipit).i. iubet nobisgerendum) idest faciendum dicens. media nocte.&c̄.(& paulus cēsuit).i. scripturis suis indicauit: dicens. Hora est iā nos de somno surgere(gestis) idest factis.

Vide malum quod gessimus:
Occulta nostra pandimus:
Preces gementes fundimus
Dimitte quod peccauimus.

¶O deus(vides) malū qđ gessim⁹) .i. fecimus & ideo(pādimus occulta nostra).i.. peccata .s. per confessionē(gemētes .i. suspirātes (fundimus tibi p̄ces(& ideo (dimitte).i. dōa(qđ peccauimus).i. đlinqmus.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas. Feria.iiij.

Nox/& tenebrę nubila/
Confusa mūdi& turbida/
Lux intrat: albescit pollus:
Christ⁹ venit discedite.

¶O (nox(.i. diabole.&c̄. Nox aliqñ accipit p ira pro tēpore: pro diabolo: & obscuritate & ideo (o tenebrę) .i. o pc̄tā: & nubila discordię hęreticorū(& turbida mundi) .i. turbationes & seditiones (confusa).i. pmixta(discedite) .i. recedite. quia sicut nox diē: sic pc̄tā iustitiam. & diabolus xp̄m fugit. Recedite iniquā & bene debetis: quia (xp̄s intrat) mentes fidelium(polus).i. corpus(albescit).i. nitescit bonis operibus. quid dicam per singula(xp̄s venit).s. in corda nostra.

Caligo terrę scinditur
¶Color. nō calor emendat Antoni. Percussa solis spiculo:
Rebusqꝫ iam calor redit
Vultu nitentis syderis.

¶ Caligo terrę) .i. obscuritas nr̄a (scinditur).i. diuiditur. vel secta hęreticorum. caligo dico (percussa radio solis aspectu xp̄i).i. diuino verbo. &(calor).i. vigor sp̄us sancti q recessit pptcr p̄sentiā tenebrarum (iā reddit) animabus nr̄is(vultu nitentis syderis) idest splendore spiritus sancti. qui est verus sol.

Additio. Rebusqꝫ iā calor reddit. Melius diceret color: quia in nocte oīa vident̄ subnigra: & adueniente luce reddit calor rebus: quem
Vergili. nox abstulerat; iuxta illud. Vergili. Et rebus nox abstulit atra colorem.

Te xp̄e

Te christe solum nouimus:
Te mente pura & simplici
Flendo canendo quesumus:
Intende nostris sensibus.

¶ O christe nouimus te solum (redemptorem & illuminatorē) te) & non aliū puramēte (& simplici) .i. sine hypocrisi (quæsumus flendo) pec̄tā (canēdo) .i. laudando te (intēde) idest p̄be assensum (nostris sensibus) idest intentionibus:

Sunt multa fucis illita:
Que luce purgentur tua:
Tu lux eoi syderis
Vultu sereno illumina.

¶ Multa .i. multe virtutes (sunt illita nobis) .i. iunta vel vncta (fucis) idest falsis coloribus. Fucus dr̄ falsus color qui mixtus iter veros colores obfuscat eos: q̄ omnino (purgentur tua luce) idest tuo splēdore bene dico tua luce quia o tu xp̄e es lux (eoi syderis) idest orientalis: scilicet p̄ris: & ideo (illumia nos sereno vultu) .i. claritate sp̄us sancti.

Additio. Fucus color ceruleus est: nā licet sumatur pro animali furtim mella apū deuoranti: tamen secundum Seruiū herba est qua tinguntur vestes & verus color amittitur & per translationem sumitur p̄ fraude seu astucia & insidijs quibus veritas occulatur vt Terēti. fucum factum mulieri. inde est fuco. as. quod est coloro. as. Vergi. ij. georgi. Alba neq; assyrio fucatur lana veneno. inde ēt fucilis. pe. cor. i. falsus. Fuco. as. Vergili.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur ad horas vespertinas quarta feria: in qua sol & luna creati sunt. Itaq; illorum officia commemorat: petitq; cor nostrum illustrari.

COeli deus sanctissime:
Qui lucidū centrū poli
Candore pingis igneo:
Augens decoro lumine:

¶ Materia huius hymni est laus q̄ consona voce .s. corde & opere tenemur deo p̄soluere: ideo .s. qa ad vtilitatem nostri omnia cōstruxit & fecit vt cœlum & terram & multa alia. Primo fecit cœlum & terrā: postea mare: quarta die solem & lunam. &c̄. Itē vt ad brauium sue remunerationis nobis pateat accessus preterita & p̄sentia dimittendo peccata nos ad sui amorē faciat p̄uenire (O sanctissime deus cœli q pingis) .i. decoras lucidū poli cētrū .i. spacium vel pūctū poli vel zodaicū p̄ quē signa decurrūt. zodias anial interp̄tatur. cētrū est medietas sphere: Hic posuit cētrū p̄ cœlo .i. ptem p̄ toto (igneo cādore) .i. splendore tu dico (augēs decoro lumine) .i. claritate .s. centrū poli cū pictura .s. claritate stellarum. Zodias. Centrum

Quarto diei qui flammeam
Solis rotam constituens:
Lune ministrans ordinem:
Vagosq; cursus syderum:

¶ Tu qui cōstituēs rotam solis flāmeam) .i. ardentem quarto die. Notandum est q̄ per q̄ttuor dies mundus sine sole p̄mansit. Prima die facta est angelica creatura. Secunda die cœlum & aër. Tertia die terra & aqua. Quarta die Sol & Luna. Quinta die pisces & aues. Sexta Operationes dierum.

sole animalia (& hoies (& tu es ministrans) tribuens (ordinē lunę & vagos) idest varios (syderū cursus) idest stellarum motus: quia nō currūt curso eodem semper stellę: vel quantum ad planetas est vagus cursus alius: est enim cursus lunę alius cursus solis. alius syderum.

Vt noctibus vel lumini
Direptionis terminum:
Primordijs & mensium
Signum daret notissimum.
Illumina cor hominum.
Absterge sordes mentium:
Resolue culpę vinculum
Euerte moles criminum.

¶Et quare: vt luna daret (terminū direptionis) idest separationis vel diuisionis noctis. vel etiam lumini diei: vt daret notissimum signū primordijs idest principijs (mēsium) quia mensis habet. xxx. dies paulo plus vel minus.

¶Et qa tu fecisti hæc omnia: illumina cor hominum & absterge sordes) idest prauas cogitationes mētium nostrarum (resolue culpę vinculum: euerte moles criminum) .i. magnitudines peccatorum.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria. v. Petimus a Christo per noctis tenebras vt animi caligini excussa lumen gratię in nobis infundat.

NOx atra rerum contegit
Terrę colores oīm
Nos confitentes poscimus
Te iuste iudex cordium.

¶Materia huius hymni est rogare Deū: vt ipse caliginem mētis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiā in hoc clementiā Dei: vt nos defendat ab hoste antiquo & expellat intrinsecā obscuritatē & mētis & corpis caliginē & sui luminis claritatē cōcedat. (Atra nox (.i. diabolus vł pctm̄. cōtegit obtenebrat (colores oīm rerū terrę) qa noctis obscuritas oīa cōtegit & colores herbarū & cęterarū rerū in suis pfūdis tenebris (obducit & sepellit. Sed cū hoc sit nūc ꝙ lucē sydris habeamus in mēte & hoc in medijs noctibus .i. quādo mūdus sedet in tenebris & plus semper crescunt incendia carnis: surgamus cōfitentes Deū. s. iudicē cordiū nrorū. & rogemus iudicē vt auferat a nobis caliginem peccatorū & det nobis suę grę dulcedinem. Et ideo cū nox atra cōtegit. i. tenebrosos reddit colores omniū rerū terrę (nos cōfitentes) tibi peccata nr̄a (poscimus te) .i. poscimus ea quæ sunt vitę.. s. misericordiā (te dico) o iuste iudex cordeum) .i. animarum nostrarum & quare.

Vt auferas piacula:
Sordesqꝫ mentis abluas.
Donesqꝫ christe gratiam;
Vt arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia.
Quam culpa mordet noxia;
Obscura gestit tollere
Et te redemptor querere.

¶Vt auferas piacula (idest grauia peccata (& abluas mentis sordes) idest suggestiones diabolicas quæ pūngūt nos. & (xp̄e dones gratiam) sancti spiritus (vt crimina arceantur) .i. expellantur: & quare.

¶Dico ꝙ expellantur crimina. & q̄re? quia ecce mēs impia) idest peccatrix (torpet) idest pigrescit) ꝙ mētem culpa noxia) ..i. mala (mordet) idest ligatam tenet (& mens

gestit

gestit (idest cupit (tollere) idest depellere a se (obscura) idest peccata & gestit te querere o redemptor.

Repelle tu caliginem
Intrinsecus q̄ maxime:
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.

¶Et qa gestii te (repelle intrinsecus (idest ex amina (caliginem) cæcitatem peccati (q̄ maxime) idest multum vt illa mens (gaudeat se collocari in beato lumine) idest eterna beatitudine:

Carmen est quale illud primo dierū. Canit̄ ad laudes matutinas feria q̄nta. Veniente luce petit a nobis abigi tenebras pctōrum; cū maxime habeamus iudicem cūcta cernētē.

LVx ecce surgit aurea:
Pallens fatiscat cecitas.
Que nosmet in p̄ceps diu
Errore traxit deuio.

¶Iste hymnus cōtinet idē cū superiori hymno: sed intētio v̄sus hæc est: s. ne oculi peccēt. Hic ponit̄ anapestus p̄ spōdeo & spōdeus secūdo loco ponit̄ p̄ iābo. Nox vsq̄ modo texit colores terre. s. modo discedit quia (ecce lux aurea). i. euāgelica predicatio (surgit) in corda nr̄a & ideo omnis cecitas (pallens) idest diabolus (fatiscat). i. euanescat. qa cecitas (traxit). i. duxit (nosmetipsos in p̄ces (. i. in ruinam vel in p̄cipitium (diu) idest multum deuio errore.

Hæc lux serenum conferat:
Purosq̄ nos prestet sibi:
Nihil loquamur subdolum:
Voluamus obscurum nihil.

¶Dixi q̄ lux surrexit & ideo (hæc lux conferat nobis serenū). i. v̄tutē spūs sancti & (p̄stet nos puros). i. donet nobis puritatem anime (sibi) idest ad honorē suū. & hoc sic (vt nihil loquamur subdolum). i. deceptiuum (& nihil voluamus obscurū). i. nullum cogitemus pctm̄.

Sic tota decurrat dies:
Nec ligua mēdax nec man⁹:
Oculi ne peccent lubrici.
Nec noxa corpus inquinet.

¶Tota dies) idest totū tēpus vitæ nr̄e (decurrat sic) vt nō loquendo subdolū (nec lingua mēdax sit). i. ne dicat mēdaciū (nec manus peccēt). i. nō faciāt aut operētur aliqd mali (nec oculi lubrici peccēt). i. videdo & cōcupiscēdo illicita (nec noxa). i. culpa (inqnet) idest nō polluat corpus nostrum.

Speculator astat desuper
Qui nos diebus omnibus
Actusq̄ nostros prospicit/
A luce prima in vesperum.

¶Et nolite peccare qa (speculator). i. dn̄s (astat). i. p̄spicit (desup̄). i. de cœlo (q nos oībus diebus (. i. q̄ti die & (actus nr̄os p̄spicit). i. videt & cōsiderat (a prima luce). i. a natiuitate (in vesperū) vsq̄ in noctē.

Carmen eſt: quale illud primo dierum, Canitur ad horas veſpertinas quinta feria. quo die q̃a ex aqua piſces & aues createſunt: petit vt non deprimamur peccato nec extollamur ſuperbia.

MAgnę deus potentię:
Qui ex aquis ortũ gen⁹:
Partim remittis gurgiti;
Partim leuas in aëra.

¶ In hoc hymno continetur quid Deus fecit in quinto die.ſ. creauit piſces: & aues ex aqua & ipſorũ q̃ ex ea aqua fecit ptim immiſit gurgiti vt piſces: ptim leuauit in aëra vt aues. Creauit quoq; cete grãdia benedixitq; eis dicens. Creſcite & multiplicamini & replete aq̃s maris: aueſq; multiplicentur ſuper terram. Piſces & aues de aqua ſunt orti. Sed aues nõ comeduntur in omni tempore vt piſces. Q̃d' ideo fit: quia aues per coitũ generantur: vt & nos generamus. q̃d' nõ eſt in piſcibus. Vel quia ſunt calidiores naturę: Intendit etiam autor rogare deum vt nos qui ſumus abluti ſacro baptiſmate ſic ſeruet: vt neſciamus lapſus criminum & vt mala culpa non deprimat nos.i. criminalia pec̃tã (O deus magnę potentię qui remittis genus).i. piſces & aues. genus dico (ortũ ex aquas).ſ. baptiſmatis (partim gurgiti).i. in mari.i. in iferno vt piſces.i. malos homines (& leuas partim in aëra) vt aues.i. bonos homines q.d. Sicut in aëre aues collocaſti: ita in cœlo homines vel ſanctos.

Natura piſciũ & auiũ vna:

Dimerſa lymphis imprimens;
Subuecta cœlis irrogans;
Vt ſtirpe vna prodita
Diuerſa rapiant loca:

(¶ Tu dico (imprimes).i. ſumergẽs dimerſa).i. deorſum merſa vt piſces .i. malos homines (lymphis).i. aq̃s infernalibus (& irrogans).i. ſubleuans (ſubuecta).i. ſurſum vecta vt aues.i. puros homines (prodita).i. orta (vna ſtirpe).i. vno baptiſmate renati (rapiant: ideſt accipiãt (diuerſa loca) vt aëra & aquam i: deſt vitam ęternam aut ęternam dãnationem.

Largire cunctis ſeruulis:
Quos mũdat vnda ſãguinis:
Neſcire lapſus criminum:
Nec ferre mortis tędium;

¶ Et tu q̃ oĩa feciſti largire).i. tribue hoc.ſ. (neſcire lapſus criminũ .i. caſum illũ: qui in baptiſmo dimiſſus eſt (cunctis ſeruulis) tuis (quos vnda ſãguinis).ſ. tui mũdat a pc̃tõ nec pro & nõ: tribue nos (ferre) ideſt portare vl' habere (tędiũ mortis) ideſt pœnam diaboli.

Vt culpa nullum deprimat;
Nullum leuet iactantia;
Eliſa mens ne concidat;
Elata mens ne corruat.

¶ Ad hoc largire (vt culpa).i. graue peccatũ (non deprimat) ideſt aggrauet vel aggrauat vllum Chriſtianum (& iac̃tãtia) ideſt ſuperbia de bonis (non leuet) ideſt nõ tollat vllum (& mens eliſa) ideſt percuſſa vel vulnerata

sa vel vulnerata a vitijs (ne concidat): idest non incidat in desperationē (ne) p &(clara mens).i.inflata per superbiam (ne corruat) in infernū.

Carmen est: quale illud primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria sexta. petit a deo medicinam peccatorū iam preteritorū: & antidotum quo premuniamur ab instantibus peccatis.

TV trinitatis vnitas
Orbē potēter qui regis:
Attende laudum cantica:
Quæ excubātes psallimus.

¶ In hoc hymno nos hortatur autor de sōno surgere & medelā vitiorum querere. intendit etiam in hoc hymno ipsā trinitatem laudare vel inuocare: per quā mundūs regitur vt impleat nos suo lumine: vt quicquid peccauimus fraude demonū se christus abstergat cœlitus. O (tu vnitas).i.o tu sancte spiritus qui procedis a patre & a filio (trinitatis) vnus deus in trinitate (qui regis).i.qui gubernas (potenter) idest potentia tua (orbem).i.mundum (intende).i.respice vel ausculta (laudādū cantica) idest carmina hymnorum nostrorum). quæ) cantica (excubantes).i. vigilantes (psallimus).i.cantamus.

Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore:
Vt flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.

¶ Nam consurgimus omnes lectulo).i.desida. Lectulus dicit ab electis & mollibus herbis super qs antiqui requiescebant (quieto tempore) idest in horis mortis: & ad quid (vt flagitemus) idest imploremus (a te medelā oīm vl̄nerū).i.indulgētiā oīm peccatorū nr̄orum. Lectus vnde.

Quo fraude qcquid demonū
In noctibus deliquimus:
Abstergat illud cœlitus
Tuę potestas glorię.

¶ Quo.pro.vt.& (vt potestas glorię tuę).i tuę laudis (abstergat).i. abluat (cœlitus).i. diuinitus illud peccatū & quicquid vitiorum .i. peccatorū) deliquimus) idest fraude vel deceptione demonum peccauimus in noctibus: idest in tenebris vitiorum.

Ne corpus adsit sordidum:
Ne torpor instet cordium:
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

¶ Ne) pro &.& pro non (nostrum corpus nō sit sordidū).i.pollutū vl̄ fœtidū (nec torpor).i. pigritia vel malicia (cordiū) nr̄orum (instet nobis & ardor spūs).i. amor vel gr̄a spūs scti (nō tepescat).i.nō d̄ficiat in nobis (cōtagio).i.ppter maculam vel inquinationē (criminis).i.pcti.

Ob hoc redemptor quesumus
Reple tuo nos lumine:

¶ Vt amor tuę gr̄ę non deficiat in nobis (ob hoc) idest propter hoc (o redemptor quæsumus te: reple nos tuo lumine) idest splendore (p

quod lumen (non ruamur vllis actibus) idest non cadamus vllis peccatis (circulis dierum) idest in reuolutionibus) dierum.

Per quod dierum circulis
Nullis ruamur actibus.

Carmen est quale illud primo diierum. Canitur ad laudes matutinas Feria sexta; quia iam lux solis aduentat. Petit vt illustremur diuina luce quo permaneamus in spe/fide/& charitate.

¶ Materia huius hymni est inuocatio ad Christum filium beatę Mariæ virginis vt dignetur nobis suam misericordiam tribuere & dexteram porrigere: vt mereamur corroborationem fidei spei & charitatis obtinere. o christe tu dico (æterna gloria cœli) idest angelorũ: vel qapr̃ per te glorificatur: & (o beata spes mortalium) idest christianorũ & (o vnice celsi tonantis) idest cœlestis patris secundum diuinitatem: & (o proles) idest fili (castę virginis) secundum humanitatem.

AEterna cœli gloria
Beata spes mortalium;
Celsi tonantis vnicę
Castęq́ꝫ proles virginis;

¶ Da dexteram) idest auxilium tuum nobis (surgẽtibus) a vitijs (& ita mens nr̃a sobria) idest abstinẽs (exurgat) scilicet ad laudẽ tuã (qꝫ) pro &, (illa flagrans) idest ardens (in laudẽ) .i. cõmemorationẽ Dei (repẽdat). i. psoluat; d̃bitas grates) .s. hymnis & cãticis deo oĩpotẽti.

Da dexteram surgentibus:
Exurgat & mens sobria:
Flagransq́ꝫ in laudem dei
Grates rependat debitas.

¶ Lucifer .s. stella matutina) idest Christus natus refulget & nunciat mundo (lucem sparsam) idest natam & vndiq́ꝫ dispersam. & vere nunciat: quia (caligo noctium) id est obscuritas diaboli (cadit) idest recedit. & ideo (lux sancta) idest Christus qui est lux sanctificata (nos illuminet) lumine spiritus sancti & sanctificet nos & saluet nos.

Ortus, refulget lucifer;
Sparsamq́ꝫ lucem nunciat;
Cadit caligo noctium:
Lux sancta nos illuminet.

¶ Et ipsa lux manens) idest permanens in (nostris sensibus) idest in nobis: quia habemus quinq́ꝫ sensus corporeos (repellat a nobis (noctem) idest diabolum (sæculi huius) idest mundi. & illa lux (seruet pectora) nostra (purgata) a vitijs omni fine diei) idest omni tempore vitę nostræ.

Manensq́ꝫ nostris sensibus
Noctem repellat sæculi.
Omniq́ꝫ fine diei
Purgata seruet pectora.

Quæsita

Quæsita iam primum fides
Radicet altis sensibus:
Secunda spes congaudeat:
Qua maior extat charitas.

¶ Fides) quæsita a nobis in baptismo (iā primū).i.cito. ideo dicit (primum) quia fides prima cognominat inter v̄tutes in illo loco: vbi dicit Fides spes &c̄. (radicet).i.ponat radices sensibus nr̄is (altis).i.ꝓfūdis (secunda spes).i.prospera: p quam spem speramus vitam (congaudeat).i.simul lętetur & crescat (qua).s. spe: & etiam fides charitas extat maior. iuxta illud apostoli. Maior autē horum est charitas.

Additio. Legitur etiam quæsita iam pridem fides & fœcunda spes cō gaudeat.i.fertilis cum meritis bonorum operum. Apl'us.i. Cap.iiij.

Carmē est q̄le illud primo dierū. Canit ad horas vesꝑtinas feria.vi. Quo die q̄a bestię & reptilia cū homīe creata sūt: ꝑpter hominē purgari a peccatō & donari ęternis p̄mis petit

Plasmator hominis deus:
Qui cūcta solus ordinans:
Humum iubes producere
Reptantis & ferę genus.

¶ In hoc hymno cognoscit illud q̄d fecit deus in sexta die: creatis si qui dē reptilibus.s. piscibus: auibus: & alijs bestijs: sexta die formauit deus Adā & p̄fecit eū oībus aīalibus dicēs. Crescite & multiplicamini & replete terrā: & dn̄amini piscibus maris & volaptibus cœli & vniuersis q̄ viuunt suꝑ terrā: posuitq; eū in ꝑadiso deliciarū: vt oparet & custodiret illud. Intēdit itaq; autor rogare deū: vt sicut fecit hominē suꝑiorē cūctis aīantibus: sic faciat vt nō sit inferior animalibus ꝑpter pc̄tā sua. Querit cur deus hoīes creauit q̄s malos futuros p̄sciebat: quia sicut p̄uidit q̄d mali essent facturi: sic ēt p̄uidebat de malis factis eoꝝ q̄d boni ipse facturus esset: vl' q̄ boni hoīes essēt de futuri. O (d̄us plasmator).i.creator (hois).s. Adę (q solus ordinās cūcta) .i.disponēs (iubes ꝑducere).i. ꝑcreare ꝑmittis (humū).i.terrā vel humū .i.eccl'iam.s. bonos & malos hoīes. Ecclesia est congregatio fidelium (genus reptantis) vt serpentum (& ferę (idest bestiarum. quare deus creauit futuros malos. Ecclesia.

Qui magna rerum corpora
Dictu iubentis viuida:
Vt seruiant per ordinem
Subdens dedisti homini.

¶ Et o tu deus qui fecisti (dictu iubentis) idest verbo tuo pręcipientis (magna corpora) idest iumenta pecora bestias omnium specierum diuersarum (viuida) idest animata (& subdens) idest supponens illa animalia (dedisti homini vt seruiāt per ordinem) idest vt omnia aīlaia) supposita sint homini q̄dā: vt hoīes illa aīalia comederēt.s. boues oues lepores & porcos & talia. & alia vt illis vterēt & illa eq̄tarēt: vt eq̄s & mulos & sic de cęteris.

Repelle a seruis tuis
Quicquid per immundiciā:

¶ Et o d̄us (repelle a seruis tuis q̄cq̄d suggerit).i. isert (se p imūdiciā).i. p aliq; suꝑfluitatē: culpā vl' turpitudinē: vel per sordidā comestionē): aut

Aut moribus se suggerit;
Aut actibus se interserit;

moribus) idest per prauam cõsuetudinem: vt cum aliquis postq̃ incipit peccare neq̃ se abstinere: sed vult semper perseuerare (aut itersc rit se) idest miscet (actibus).i. operationibus .s. cum mala facimus:

Da gaudiorum præmia
Da gratiarum munera;
Dissolue litis vincula;
Astringe pacis fœdera;

Da p̃mia).i. remuneratonem gaudiorum ęternorũ (da munera gratiarum) idest dona spiritussancti (dissolue vincula litis) idest desidia vel disrumpe peccatum odiq̃ (astringe).idest coniunge fœdera pacis) idest contubernia superne pacis.

Carmen est quale illud primo dierũ. Canitur ad horas nocturnas die sabbato. Surgentibus nocte ad cantandum; petit vt ardentes igne spũs sancti vitam æternam mereamur.

SVmme deus clæmentiæ/
Mundiq̃ factor machine/
Vnus potentialiter/
Trinus personaliter;

¶ Materia huius hymni est cognitionem habere trinitatis in vnitate & vnitatis in trinitate. Intendit etiam autor rogare Deum vt cingat lumbos nostros cingulo castitatis & adurat: idest inflãmet vl' repleat corda nostra igne spiritus sancti vt casto corpore & mũdo Deo seruire mereamur. (O deus summe clæmentię): idest altę pietatis & o (factor) idest cõpositor (machinę): idest structurę (mundi: tu dico vnus potentialiter) idest in potẽtia. secundum diuinitatem (& trinus personaliter) idest trinus in personis.

Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe;
Quo corde puro sordibus
Te perfruamur largius.

¶ Et tu pius nominatiuus prouocatiuo (suscipe benigne nr̃os fletus) idest lachrymas (cũ cãticis): idest cum hymnis vel laudibus (quo).p vt (fruamur te largius) idest amplius & hoc (corde puro): idest mundo (sordibus: idest a vitiis.

Tria cogunt hominẽ peccare;

Lũbos iecurq̃ morbidum
Adure igne congruo;
Accincti vt sint perpetim
Luxu remoto pessimo.

¶ Adure).i. accẽde (igne cõgruo) idest spiritu sancto (lumbos nostros & iecur) scilicet hepar morbidum ad morbum & peccatum inclinatum. Et nota q̃ hæc tria iecur: cerebrum: lumbi cogunt hominẽ peccare vt sint accincti. idest lumbi sint casti contra libidinem (perpetim) idest semper (remoto pessimo luxu). idest iniquo luxu: idest remota pessima luxuria & alia vitia sint procul.

Vt quiq̃

Vt quiq; horas noctium
Nunc concinendo rũpimus
Donis beatę patrię
Ditemur omnes afatim.

¶Vt quicq;.i.qcũcq;(cõcinendo).i. psallendo(rũpimus).i.dum vigilamus.f.diuidimus horas noctiũ (oẽs ditemur)diuitesefficiamur(afati).i.abundanter(donis beatę patrię).i.beatitudine.f.patrie cœlestis.

Carmẽ est quale illud primo dierũ. Canit̃ ad laudes matutinas die sabbato.facta mentione lucis aduentãtis:petit illustrari diuina luce:vt fruamur cognitione dei post mortẽ.

Aurora iã spargit polum
Terris dies illabitur:
Lucis resultat spiculum
Discedat omne lubricum.

¶Hymnus iste continuatur supiori:ita nos rũpimus horas noctium vt nos omnes ditemur idest diuites simus in xp̃o &ecce(aurora).i. xp̃s(iam spargit polũ).i.illuminat corda hominũ.Hortat̃ ẽt nos vt taliter nos habeamus in hoc sęculo vl' in mane vt ad illud vltimũ mane venire possimus & audire mereamur.f. Venite bñdicti p̃ris mei &c̃. nam finito mundi termino pc̃tõres ppetuę tenebris obscuritatis tradent̃. Fidelibus vero & iustis q in hac vita sunt:nõ in noctẽ:sed in lucẽ gloriam & premium effluet.i.abundãter clarescet. & hoc est quod p̃camur(Aurora)idest Christus(spargit polum)idest illuminat mentes vel eccl'iam (& dies illabitur)idest immergitur(terris & spiculũ)idest pulchritudo vel aspectus lucis idest claritas resultat. &ideo(omne lubricũ) idest omne peccatum discedat a nobis.

Phantasma noctis decidat;
Mentis reatus subruat:
Quicquid tenebris horridũ
Nox attulit culpę: cadat.

¶Phantasma)i.phantasia vel illusio (noctis)idest diaboli(decidat).i.cadat vel ruat)reatus)idest cl'pa (mentis subruat).i. cadat a nobis (& quicqd horridũ) .i. deforme (culpę nox)idest diabolus vel nocturna cogitatio (attulit nobis in tenebris)cadat a nobis.

Vt mane illud vltimum,
Quod prestolamur cernui:
In lucem nobis effluat
Dum hoc canore cõcrepat.

¶Vt mane illud vltimũ(.i. iudiciũ futurum vl' claritas .i.aduẽtus xp̃i quod mane cernui) idest inclinati (p̃stolamur) speramus vel spectamus (effluat) idest eueniat (nobis in lucem dum hoc)idest nox concrepat) idest resonat (canore) .i. cantu vel laude.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur ad horas vespertinas die sabbato:quia iam sol tẽdit ad occasum: petit diuino lumine illustrari; Hortaturq; Deum omni tempore laudare.

O Lux beata trinitas
Et principalis vnitas:
Iam sol recedit igneus:
Infunde lumen cordibus.

¶In hoc hymno materia sumit circa qualitatem tpis die recedente & nocte aduenicte: intendit inuocare trinū Deum in psonis & trinitatē in vnitate vt fundat in cordib⁹ nostris lumen spūssancti: vt supplices mereamur laudare Deū .s. in pspe- ris & in aduersis. & ita concedat nobis: trāsire diem & noctem sine pctō & sine impedimento sathanę & hoc est (o beata trinitas).i. o Deus lux hoīm vel mundi vel angelorꝶ (& vnitas pncipalis).i. q̄ habet pncipatum super angelos (sol).i. xp̄s (igneus recedit) a nobis iam: ideo (infunde lumen).i. spm̄ (cordibus nr̄is).i. sensibus vt illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine
Te deprecemur vesperi:
Te nostra supplex gloria
Per cuncta laudet sæcula.

¶Dico infunde spm̄ sanctū: vt depcemur te & adiuues nos in principio vel mane.i. in tpe matutino laudum (carmine) sero, mane, meridie & tota die debemus laudare Deū. & orare per singulas horas.s. quotidie & omnibus horis in omni tempore. Vnde ait ppheta. Vespere: & mane: meridie: &c̄. (depcemur vesperi).i. in fine mnndi (nostra supplex) idest humilis gloria laudet te (per cuncta sæcula (idest per omnia sæcula & hoc perpetue: idest sine fine.

Carmen est dimetrum iambicum magna ex parte cacometrum. Canitur aduentus tempore: ita q̄ & incarnationis Christi & vtriusq̄ aduentus illius mentionem facit.

COnditor alme syderum
Aeterna lux credentium:
Christe redemptor omnium
Exaudi preces supplicum.

¶Materia huius hymni est de aduētu Christi & de incarnatione eiusdem quia Deus descendens de cœlo se exinaniuit formā serui accipiēs: & humiliauit se vsq̄ ad mortem & qualiter egressus est de honestissima clausula virginis tanq̄ sponsus de thalamo suo: cui sponte oīa obediunt .s. terrestria, cœlestia, & infernalia. Intendit etiam rogare Deum vt per hanc incarnationem nr̄as p̄ces exaudire dignetur & a sagitta diaboli liberare. O conditor) qui est compositor (alme syderum).i. stellarū o (æterna lux credentium).i. xp̄ianorum fidelium. o Christe redemptor omnium) hominnm (exaudi p̄ces supplicum) idest humilium tibi supplicantium.

Alm⁹ vñ. Additio. Conditor quid & vnde vide vt supra in hym. Aeternę rerum conditor. Almus aūt ab alēdo dr̄. alit aūt cōditor nr̄ .i. creator Deus omnia q̄ cōdidit p cōseruationē: qa sicut sine ipso factū est nihil: ita sine eius cōseruatione nihil pmaneret in esse: iuxta illud. Vergi .vi. æneí.
Vergili⁹. Principio cœlū & terras cāposq̄ liquētes, Luc, q̄, g, l, t, q̄, a. Spūs intus alit &c̄.

alit &c̃.est aũt ꝓpriũ Dei epitheto & attributũ esse almũ. Syderũ aũt dicit notãter. nam si supoꝝ est cõditor. ergo & inferioꝝ. vt explodat hęresis negantiũ visibiliũ esse cõditorẽ & eorũ qui sydera & planetas adorãt aut obseruãt. Aeterua lux credentiũ. tangitur in his verbis scd̃m dei beneficiũ. s. reformationis: quia primũ fuit formatiõis. Xp̃s dr̃ a chrismate .i. vnctione & interp̃tat̃ vnctus. quia ille est regale sacerdotiũ in æternũ secd̃m ordinẽ melchi. Redẽptor vero dr̃ a redimẽdo. redimo vero a re & emo. p interpositionẽ. d. euphonię causa vt est in redeo. bene dr̃ redẽptor quia p̃cio sanguinis suos a captiuitate liberauit. qđ summũ est bñficiũ scd̃m Augu. Exaudire plus est quam audire: quia audit Deus oẽs & exaudit in nomine suo petentes. dicit p̃ces supplicũ. nã Deus humilia respicit: dando gratiam. alta vero a longe cognoscit. Christus Redẽpt. Redimo. Exaudire

Qui condolens interitu
Mortis perire sæculum:
Saluasti mundũ languidum:
Donans reis remedium.

¶ Qui condolens). i. nobiscũ dolẽs vel compatiens (sæculũ). i. sæculares (perire interitu) idest pœna infernali (saluasti) idest liberasti de potestate diaboli (mundum languidum) idest languentem in peccatis (donans remedium) idest redemptionem tui sanguinis (reis) idest peccatoribus.

Additio. Sæculum dicitur a sequendo ab eo quod sequatur atq̃ in se reuoluatur. est autem proprie sæculum spacium centum annorũ vt videre est in carmine sæculari horatĳ. Reus dicitur quicunq̃ rem suã defendit in iudicio & licet innocens sit: quia contra reum semper est presumptio. accipitur pro nocente: vnde dicitur: reus est mortis. Sæculum Reus.

Vergente mundi vespere
Vti sponsus de thalamo
Egressus honestissima
Virginis matris clausula.

¶ Vergente mundi vespere) idest appropinquante vel declinante fine mundi: es sic (egressus) supple (vti) pro sicut (sponsus egreditur (de thalamo) egressus inq̃ de (honestissima) idest castissima (clausula) idest claustro (virginis Marię matris tuę.

Additio. Vergente a vergo. is. si. vel. xi. quod est inclinare descendit. Vergente ergo idest appropinquante ad finem. Vnde apostolus. postq̃ venit plenitudo temporis misit de. fi. &c̃. clausula signanter dixit: quia de ea dictum est. mulier cirũdabit virum: non enim alia vnq̃ circũdedit: saluis videlicet pudicitię virginalis claustris. Vergo. is.

Cuius forti potentię
Genu curuantur omnia

¶ Et ideo quia egressus es: vel quia saluasti mundum (forti potentię cuius) idest christi (oĩa curuãtur genu) idest laudando ipsum (cœlestis)

(cœlestis) idest angeli (terrestria) .i. hoies (fatent subdita) .i. cōfitentur illi subiecta esse (nutu) .i. sponte & ad suā voluntatē: & qa obediunt nostro saluatori. & omnia clamāt Deus me fecit ideo te depcamur.

Cœlestia terrestria
Nutu fatentur subdita.

¶ Ergo quia ita est (deprecamur te o agie) .idest o sancte (venture iudex) idest ad iuidicium (conserua nos in tempore) in hac vita (a telo hostis perfidi) idest a suggestione diaboli: qui sagitta dicitur.

Te deprecamur agie
Venture iudex sæculi:
Conserua nos in tempore
Hostis a telo perfidi.

¶ Et quia Deus misit filium suum Christum vt nos redimeret: referamus gratias ei (laus honor virtus gloria Deo patri & filio, sancto simul paracleto) idest cōsolatori (in sempiterna sæcula. Amen. idest sine fine.

Laus honor virtus gloria
Deo patri & filio:
Sancto simul paracleto
In sēpiterna sæcula. Amen.

Carmen est quale illud primum dierum. Canitur tempore aduētus Christi. Itaq; cōmemorata illius ęterna generatione primi aduentus in quo carnem assumpsit; & secundi quo venturus est: meminit.

¶ Iste hymnus agit de supra dicta materia & cōtinuatur supiori: ita xp̄s egress⁹ est de vtero v̄ginali vti spōsus de thalamo suo. & ideo oia humiliant. & nō est mirū quia ipe descendit de p̄re. i. de cœlo. & hæc est responsio cōtra hęreticos q dicebāt xp̄m venisse: sed non de patre quibus rn̄dēdum est. (O supnū verbū) .i. dei filius) pdiēs) .i. manifestāte ineffabiliter (a p̄re olim exiēs) qn̄ incarnatus es) qui de matre natus subuenis) .i. succurris (orbi) perdito (cursu) .i. plenitudine (tp̄is decliui) .i. proni vel declinati ad finem sæculi.

Verbū supernū pdiens
A patre olim exiens:
Qui natus orbis subuenis
Cursu decliui temporis.

¶ Et tu q es talis illumina nūc in p̄senti tuo lumine nr̄a pectora (& cōcrema) .i. accēde (tuo amore) .i. tua gr̄a (vt audito p̄conio) .i. p̄dicatione apostolorum: vl' audito p̄conio pphetarū (lubrica) .i. peccata (sint pulsa) a nr̄is cordibus (tandē) in fine separationis corporis & animę.

Illumina nunc pectora:
Tuoq; amore concrema;
Audito vt præconio
Sint pulsa tandem lubrica.

¶ Et o tu supnū verbū) .i. o fili dei (cū aderis) .i. affueris vl' adueneris (iudex post) .i. in fine mūdi (rimari) .i. expiri vel ingrere (facta pecto

Iudexq; cum post aderis:
Rimari facta pectoris:

Reddens

Reddens vicem pro abditis
Iustisq; regnū pro bonis.

ris) .i. peccata cogitationū. (& sis reddens vicē) idest remunerationē (pabditis) idest p occultis pctis (& iustis) .i. sanctis regnū æternū pro bonis operibus: quæ in p̄senti sæculo operati sunt.

Non demum arctemur malis
Pro qualitate criminis:
Sed cum beatis compotes
Simus perennes cęlibes.

¶Et non arctemur) .i. nō cōstringamur (demū) .i. ad vitimū malū (p qualitate criminis) idest p magnitudine vel cumulo peccatorū (sed simus cōpotes) .i. simul potentes simus cum beatis) .i. sanctis (perennes) .i. perpetualiter: vel pennes .i. habitatores cœlorꝝ (cęlibes) idest cœlestem vitam ducentes:

Carmen est dimetrū iambicū ex patre cacometrū. Canitur aduētus xp̄i tp̄e. Et facit mentionē vtriusq; aduētus sicut in superioribus hymnis factum est.

VOx ecce clara intonat
Obscura queq; increpat:
Pellātur eminus somnia:
Ab æthere xp̄s promicat.

Boetius. ¶ Quia secũdũ Boetiũ seuerinũ. q operã medicãtis expectat: oportet vt medico suũ vulnus detegat. infirmi more defectũ suũ nũc detegit nostra cõsciẽtia: vt inde opẽ medicantis imploret dicens (nr̃a cõscientia mõstrat).i. fatet (offendisse te graue).i.grauiter ad iracundiam puocasse. non qp ira cadat in Deum: sed loquendo more humano. Vt Dauid. Domine ne in furore tuo arguas me neq3 in ira tua corripias me. &c.(quam). scilicet conscientiam o Christe (nos supplicamus vt mũdes) idest expurges (ab omnibus piaculis) id est ab omnibus maculis peccatorum.

Nostra te conscientia
Graue offendisse monstrat:
Quam emũdes supplicam⁹
Ab omnibus piaculis.

¶ Demonstrat solius dei esse semp misereri & parcere. quia ipse dixit in q̃cũq3 hora ĩgemuerit pctõr &c. (si renuis).i.recusas pces nr̃as exaudire & mũdare nos a pctis (qs tri

Si renuis: quis tribuet?
Indulge quia potens es.

Te corde

Te corde rogare mundo
Fac nos precamur domine.

buet).i.remittet pctā nr̄a .q.d. null nisi tu.ergo (indulge).i. parce nobis tu (quia potens es) & (o domine pcamur fac) idest vt facias (nos rogare te mūdo corde) idest nostra consciencia mūda & ppterea erit acceptior & lętabimur impetrasse.

Ergo accepta hoc nostrum
Qui sacrasti ieiunium:
Quo mystice paschalia
Capiamus sacramenta.

¶Cōcludit. Ergo quia tu solus potens es (accepta).i.gratū habe (hoc nostrum ieiuniū qui sacrasti).s. eū personaliter ieiunādo (quo) ꝓut vł quo.s.mediāte (capiamus paschalia sacramenta).i.cōmunione sacri corporis & sāguinis tui (mystice).i.sacramentaliter sub specie panis & vini. Sacramentum eucharistię secundum Magistrum sententiarum in.iiij.distin.in.ix.duobus modis sumitur scilicet sacramentaliter & spiritualiter.est & alia littera.s.acceptare infinitiuus vel impatiuus passiue sic.i.redaris acceptus ad nostrum ieiunium passiue: quia non reperit deponens: non fit collisio in hoc versu. Magister sn̄iarum.

Summa nobis hoc conferat
In deitate trinitas:
In qua gloriatur vnus
Per cūcta sęcula deus. Amē.

¶Summa trinitas in deitate.i.deus trinus in personis (cōferat nobis).i.conferre dignetur nobis (hoc).s. quod rogatum est (in qua).s. trinitate (vnus Deus) scilicet per essentiam (gloriatur) idest lętatur scilicet regnans per cuncta sæcula idest æternaliter.

Carmen est quale illud primo dierum, Canitur in quadragesimali ieiunio a dominica in passione. Commemorata Christi passione crucē maximis laudibus prosequitur.

Vexilla regis prodeunt
Fulget crucis mysterium
Quo carne carnis cōditor
Suspensus est patibulo.

¶Materia huius hymni est talis: vt dicit btūs Ambrosi⁹. Passio dn̄i venit: & quia venit debem⁹ de passione aliqd agere: & qa debem⁹ de passione aliquid dicere: ergo dicamus. Vexilla regis. vexilla dn̄i sunt ista. baptismns de quo ip̄e dicit. Nisi qs renatus fuerit ex aq̄ &c̄. Itē vexilla sūt corpus & sanguis ei⁹. Vn̄ ip̄e dicit. Nisi mādu caueritis carnē filij hois. &c̄. Cōstrue (vexilla).i.signa (regis).i.xp̄i (ꝓdeūt).i.apparent (mysterium).i.sacrificiū.s.passio.xp̄i crucis fulget: quia expugnauit diabolum q̄ mysterio (conditor).i.creator carnis (suspensus est patibulo) & hoc carne pro humano genere: vel in carne sua propria. Quę sūt vexilla domini.

Confixa clauis viscera/
Tendens manus vestigia:

¶Ego dixi q xp̄s suspēs⁹ est patibulo).i.cruce: & ideo xp̄s (imolata est hostia (vł talis est lr̄a.s.in ara crucis

Redemptionis

gratia redemptionis.i.saluationis humani generis (tendēs).i.extēdēs man⁹.s.suas in cruce & tendēs (vestigia) sanguinis ipsius: & per hoc nota q sanguis fluxerat per totum corpus ipsius. tendēs dico viscera numeralia: quia in tantum fuit extēsus christus in cruce: q omnia membra ipsius poterāt numerari (confixa).i.perforata (clauis). Claui enim sunt positi in manibus suis, & pedibus, & lācea in latere: & ex inde exiuit sanguis & aqua. ex inde dico manauit sanguis redemptionis: & aqua baptismatis, ex quib⁹ nos xpiani regeneramur in fonte & in sacro baptismate.

Redemptoris gratia
Hic immolata est hostia.

Nota glossā circa sacramenta

¶ Ecce mysteriū crucis fulget per totum mundum: quia per crucē habemus altare. per corp⁹ christi, hostiā: per sanguinē, vinum: & per sudorem, aquā, ex quibus sacrificiū facimus singulariter. quia ex īmolatiōe crucis sibi fit altare. & ideo per crucem habemus altare, in quo sacrificamus (quo).i.in quo (patibulo) vulneratus (insup).i.super clauos (mucrone).i.acumīe (lanceę dirę).i.crudelis. & ad qd: ad hoc.s. (vt nos lauaret crimine).i.a pectō (vnda.i.aqua (manauit).i.pfluit cū sanguine.

Quo vulneratus insuper
Mucrone dirę lanceę.
Vt nos lauaret crimine
Manauit vnda sanguine.

¶ Isto tempore perpetrata sunt q scripta sunt de christo per prophetas. Vnde ipse sumens acetū in cruce cū spongia, dixit. consumatū est (quę Dauid cecinit).i. prophetauit (fideli carmine) in psalterio sunt impleta ista (dicendo nationibus).i. gentibus diuersis (deus regnauit a ligno (.i.a passione surrexit.

Impleta sunt: quæ concinit
Dauid fidelis carmine:
Dicendo nationibus
Regnauit a ligno deus.

¶ Et quia pependit in cruce possumus proferre vocem admiratiōis. O quantum fuit ornata (arbor decora).i.pulchrā (& fulgida).i. splēdida (ornata).i. decora (purpura regis).i.purpureis mēbris christi. Arbor dico (electa tangere) idest sustinere (tā sancta membra digno stipite) idest sancto trunco.

Arbor decora fulgida
Ornata regis purpura:
Electa digno stipite
Tam sancta mēbra tāgere.

¶ Vere beata fuit arbor vel crux in qua pependit precium mūdi.s.christus (brachijs).i.cornibus (cuius) idest crucis (precium sęcli) intus (pependit) arbor dico (facta statera).i.libra (corporis christi) tulit prędam tartaris. Nā decendēs dn̄s de cruce ad tartara nullum de suis ibi reliquit. In hoc loco sermo dirigitur ad crucem.

Beata cuius brachijs
Sęcli pependit precium:
Statera facta corporis
Prędamq tulit tartaris.

¶ Et qa ex statera facta (O crux aue) idest salue: tu dico (vnica spes (no-

O crux aue spes vnica
Hoc passionis tempore:
Auge pijs

Auge pijs iusticiam
Reisq; dona veniam.

stra(auge)idest multiplica(iusticiam pijs) idest pietatem habentibus(hoc tēpore passionis & dona veniam) idest remissionē peccatorum, scilicet reis.

Te summa deus trinitas
Collaudet omnis spiritus:
Quos per crucis mysteriū
Saluas: rege per sæcula.

¶Et quia nos redemisti tuo sanguine: ideo (o summa trinitas deus) omnipotens(omnis spiritus collaudet) te & quos scilicet homines p mysteriū crucis.i. per passionē(saluas).i.liberas(rege p sęcula)cūcta.

Carmen est dimetrum iambicū cacometrū. Canitur in quadragesimali ieiunio a dñica in passione. Narrat quemamodū p redēptione generis humani xp̄s natus atq; passus est.

PAnge lingua gloriosi
Prelium certaminis:
Et super crucis tropheum
Dic triumphum nobilem:
Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit.

¶Hymnus iste continuatur superiori. dixerat enim q dñs positus fuit in cruce & latus eius perforatū. & sic depcamur eū, q sicut mortuus est. i. sicut corp9 assumpsit in virgine: & in cruce mortificari passus est pro nr̄a redēptione: & ad inferna descendit: cū diabolo pugnauit: & eum superauit: sic faciat nos vincere cūcta nobis aduersa, scilicet diabolū & mundū & concupicentiā eius: & domesticū inimicū.s.carnē de quo dicitur. Quāto familiaris magis est pestis: tāto periculosior. (O lingua pange).i.manifesta(prçliū certaminis gloriosi). i. victoriā, quā xp̄s obtinuit moriēdo secundū carnē, quādo vicit mortē morte sua. Vnde ipse ait. O mors ero mors tua. &c. (& super tropheū).s.de victoria(crucis dic triūphum nobilē) de inimicis fugatis(qualiter redēptor) i.liberator(orbis).i.totius mundi(immolatus) in ara crucis(vicerit).i. vicit diabolū. Et nota q ante passionē christi diabolus duas manus.i.duas potestates.s. in corpore & in aīa hominis habuit: quia quosdā in corpore & in aīa: quosdam tantū in anima post mortē trahebat post se: sed modo post passionē. vnā habet.s.de duabus potestatibus amisit vnam. ¶Manus aūt dicitur a manando ex eo q ex brachijs manet, vel quod digiti manant ex ea.

Pestis eo periculosior q̄ familiarior.
Diabol9 habet duas manus
Man9 vñ.

De parentis protoplausti
Fraude facta condolens:
Quando pomi noxialis
Morte morsu corruit:
Ipse ligno tunc notauit
Damna ligni: vt solueret.

¶In hoc loco apostrophat se autor. si aliqs forte diceret quare fuit immolatus christus. respōdeo sic. qa condoluit de deceptione primi parentis.s. Adę(Christus condolens de facta fraude parentis) nr̄i Adæ (prothoplausti. i. primi formati; quādo corruit primus parēs, morte).i.in mortē.& hoc(morsu vetito pomi noxialis).i. nociui(ipse), Christus(tūc notauit) prçordinando signauit(lignum).s. sanctæ crucis (vt solueret).i.recuparet(dāna ligni).i. q venerāt p lignū.i.pomū vetitū

Hoc opus

¶ Bene dico ꝙ xp̄s tunc notauit lignū vt solueret dāna ligni. quia nullo alio modo poteramus recuperari & hoc aggreditur dicere (Ordo salutis nostrę depoposcerat) hoc opus scilicet vt deus carnē sumeret & patibulū crucis subiret & per lignum dāna ligni soluerent (vt ars) idest deus qui est artifex oīm rerū (falleret) idest destrueret (artem multiformis proditoris).i.diaboli. & vt christus (ferret medelam) idest salutē oīm gentium (inde) idest ex illa re scilicet a ligno (vnde) idest de quo ligno (hostis).i.diabolus (leserat.i.nocuerat.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat:
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret:
Et medelam ferret inde:
Hostis vnde lęserat.

¶ Ergo quando) idest postꝙ (plenitudo temporis) idest quādo vltima ętas (venit) idest vt deus sacrificaret filium (conditor orbis) idest Christus (natus missus est ab arce patris) in mundum (atq; factus caro) vel carnalis (prodijt) idest exijt (de ventre virginali.) Et nota ꝙ sicut flos sine macula pulcher & olēs & suauis nascitur: ita xp̄s sine semine & sine crimine de vtero virginis Mariæ prodijt.

Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis:
Missus ab arce patris
Natus orbis conditor.
Atq; ventre virginali
Caro factus prodijt.

¶ Infans).i.xp̄s (positus īter arcta) idest angusta (præsepia vagit) idest plangit. Et nota ꝙ vagire est proprium puerorum (virgo) Maria mater sua (alligat membra) sua) inuoluta pannis & fascia) idest vitella cingit pedes & manus & crura stricta.

Vagit infans inter arcta
Positus præsepia:
Mēbra pannis inuoluta
Virgo mater alligat:
Et manus pedesq; crura
Stricta cingit fascia.

¶ Gloria & honor sit vsq; quo altissimo deo (vna).i.simul (patri & filio inclyto) idest glorioso (paracleto) idest spiritui sancto sit laus & gloria similiter coeterna & ęqualis maiestas & tribus personis & vni deo (cui laus est & potestas) ꝑ ęterna sæcula. Amen.

Gloria & honor deo
Vsq; quo altissimo:
Vna patri filioq;
Inclyto paracleto
Cui laus est & potestas.
Per ęterna sęcula. Amen.

Carmen est simile dimetro iambico. Canitur tp̄e ieiunij a dn̄ica in passione: cōmemorata xp̄i passione conuertit se ad laudes crucis: in qua passus est.

Lustrū & vnde.

¶ Nota ꝙ lustrū dr̄ spaciū.v. annorum & dr̄ a lustrādo eo ꝙ romani lustrabant per spaciū.v. annorum totam romam. & nos similiter per

LVstra sex qui iā per acta
Tēpus implens corporis:
Se volēte natus ad hoc
Passione

Passioni deditus:
Agnus in cruce leuatur
Immolandus stipite:

quinq; etates debemus lustrare totã romã.s.sanctã eccl'iã vincẽtẽ inimicos.& ẽt lustrũ dr̃ obscurũ latibulũ ferarũ.s.cubile ferar̃.Item lustrũ dr̃ lupanar meretricũ & in vtraq; significatiõe dr̃ a lustro.as.per cõtrariũ:quia parũ illustrat̃.i.illuminat̃.Hymnus iste sic cõtinuat̃. Xp̃s carnaliter erat.xxx.ãnor̃ cũ esset deditus passiõi.Lustra sex &c̃.Et nota accusatiui vel ablatiui casus possunt ibi legi. Ablatiui sic legunt̃. xp̃s. q est implẽs tp̃s.i.ętatẽ corp̃is humani sex lustris iã pactis.& textus põt hẽre lustris sex q iã pactis.Frequẽtius tñ est vt accusatiui ibi legant̃ sic(xp̃s q est implẽs tp̃s).i.ętatẽ corp̃is hũani.s.p̃ sex lustra(iã pacta natus se volẽte).i.spõte nat⁹(ad hoc)vt pateret̃(agnus).i.xp̃s sine macula (dedit⁹ passioni leuat̃ in cruce)a iudeis (ĩmolãdus).i.sacrificãdus(stipite).i.ligno. Agnus in crucis leuat̃.&c̃. legẽdũ est Autore Antonio

Hic acetum:fel:arundo:
Sputa:clauis:lancea:
Mite corpus perforatur:
Sanguis vnda profluit:
Terra:pontus:astra:mũdus:
Quo lauantur flumine.

¶Hic).i.in cruce dederũt ei (fel & acetũ (vel fel mixtũ aceto (& arũdo).calamus tradit̃ ei in signũ derisionis ꝓ sceptro & pręter hęc(sputa)adhibita sunt ei (corpus mite) i.suaue p̃forat̃ clauis & lancea & inde(sanguis vnda) .i.aq̃ (ꝓfluit) i.exiuit de corpe eius:quo flumine i.ꝓ qua sanguis effusiõe (terra) .i. humiles(põtus).i.fluctuãtes vitio (astra).i.iusti(& mũdus).i.mundani(lauant̃).i.purgant̃.Per aquã debemus intelligere baptismũ per sanguinẽ chrisma.Et quidẽ dicũt ꝙ angeli boni purgati sunt de labe quã habuerũt de illis qui ceciderũt:vt lucifer & sui cõplices.& ideo dicit astra. Quid intelligit̃ p̃ aquam & sanguinẽ Christi.

Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis:
Nulla silua talem profert
Fronde:flore:germine.
Dulce lignũ:dulces clauos:
Dulce pondus sustinet.

¶Et quia redimit nos in cruce leuatus.Oẽs debem⁹ clamare. (O crux fidelis arbor inter oẽs vna).i. sola (nobilis)quia(nulla silua profert talem)arborem(frõde).i. ꝓtectione(flore).i.decore(germine)idest fructu vel radice vel (flore) idest Christo qui vocat⁹ est flos a ꝓphetis.quia sicut flos ꝓcedit sine fœditate vel aliqua putredine: ita Christus ex vtero virginis processit sine aliquo peccato (dulce lignum)fuit illud quod sustinet dulces clauos Christi(& dulce pondus)idest Christum.

Flecte ramos arbor alta:
Tensa laxa viscera:
Et rigor lentescat ille:
Quem dedit natiuitas.

¶Et quia precium mundi pependit in te : ideo (o arbor alta flete) idest humilia (ramos) idest brachia crucis(laxa)idest relaxa(viscera Christi tensa)idest extensa in te(& ille rigor)idest duricia(lentescat) idest molescat (quem) rigorem(natiuitas)idest natura(de

Vt superni membra regis
Miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti,
Ferre sædi præcium.
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago:
Quem sacer cruor perũxit
Fusus agni corpore. Amen.

dit) tibi (vt tẽdas stipite) .i. in cruce (miti) idest humili membra superni regis.

¶ Tu sola fuisti digna (ferre prçciũ sæcli) idest sustinere illum qui fuit appreciatus. xxx. argenteis (atque prçparare portũ) quasi nauta mũdo (naufrago) idest periclitanti. i. hominibus periclitantibus (quem mũdum sacer cruor (idest sanctus sanguis (perunxit) idest mũdauit ille dico (fusus) corpore agni.

Metrum est iambicum. Auctor est Ambrosius. &c.

Chorus nouæ Ierusalem
Noua melos dulcedine
Promat colens cum sobrijs
Paschali festum gaudijs.

¶ Materia hui⁹ hymni est inuitare nos ad laudem festi paschalis cũ militauerimus cõtra diabolum. dicit ergo. Chorus nouç. &c. Notandũ est quod primo vocabatur ciuitas illa Iebus. secundo Iebusalem. tertio Salem. Quarto Ierusalem: per quod significatur multiplex hominis status Iebus enim interpretatur conculcamen: & hoc est quando aliquis in adolescentia intonsus efficitur. Iebusalem interpretatur pax cõculcationis. & hoc est quãdo aliquis habitat & delectatur in prædictis. Salem interpretatur pax: & hoc est quando aliquis reuersus est a vitijs. Ierusalem interpretatnr visio pacis. & hoc est quando aliquis fruetur cœlesti gaudio. Vnde hoc nomen Ierusalem quattuor modis accipitur. ad litteram. Ierusalem est illa ciuitas Palestinæ. Anagogice Ierusalẽ est ecclesia triumphãs. scilicet chorus cœlestis patrię. In hoc loco accipitur sic (Chorus nouç Ierusalẽ) idest nouç animç. scilicet cuiuslibet hominis bene innouati & purgati a vitijs (promat noua dulcedine) idest dulce melos. Melos dicitur a mel: quia sicut mel fit ex diuersis generibus rerum: ita melos est quod fuit ex diuersis notulis nouum. Vnde cantate domino canticum nouum. Mel dicitur a miscendo. vnde prohibebatur in lege quod nemo in sacrificio poneret mel, sed super sal. Mel enim fit ex diuersis generibus rerum. Homo nõ debet esse diuersus, sed vniformis in bono. vnde vinum & siceram non bibet. Etiam sumitur hic vinum in mala significatione. Vinum fit ex vno genere rerum: illi bibunt qui tale quid faciunt semper quod nulli sit reprehẽsibile. Sicera fit ex diuersis generibus rerũ quç duo mixta: vnum corrumpit aliud. vt de seruicia aut granum corrũpit aquam: aut aqua granũ. Ille ergo bibit sicerã qui facit aliquid quod videtur de genere bonorum cum non sit (chorus) dico colens festũ paschale (cum gaudijs sobrijs) conuenit ad corpus. vnde. Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo. iuste quo ad proximum. pie quo ad deum: sobrie quo ad nosmetipsos.

Quibus noib⁹ vocabaẽ ante Ierusalẽ & quare.

Ierusalẽ quadrupliciẽ accipitur secũdũ. iiij. sensus sacræ scripturæ.

Melos vñ
Mel vnne
Sicera.

Additio. Mel non dicitur a miscendo: sed a meli græco. Melos autem nõ dicitur ab hoc nomine mel: sed est græcum: & est cantus suauitas, siue dulcis modulatio.

Quo Christus

Quo christus inuictus leo
Dracone surgens obruto:
Dum voce viua personat
A morte functos excitat.

¶Quo scilicet festo paschali (christus inuictus leo) vt narrat Phisiologus. Sicut leo rugitu suo resuscitat catulum post triduum: ita pater filium. quare dictus est leo. ille dico (surgẽs dracone) idest diabolo (obruto) idest lapso (dum viua voce personat: vt genimina viperarũ: quis docuit vos fugere a ventura ira? Vel gñaliter põt legi de angelis qui viua voce resuscitabũt mortuos ad iudiciũ (excitat functos a morte) secundũ primã litterã (a morte) idest a mortali pctõ: secũdum aliam (a morte) quam omnis homo habebit.

Quam deuorarat improbus:
Prædam refudit tartarus:
Captiuitate libera
Ipsum sequuntur agmina.

¶Ipse scilicet deus (refudit) idest retro fudit vel reddidit (prędã quã tartarus) idest infern⁹ (improb⁹) idest insatiabilis (deuorarat) idest ad se traxerat (captiuitate libera) idest animæ sanctorũ (libera agmina sequũtur iesum) vnde illud quocũq; pergis. &c.

Iesum canendo supplices
Regem precemur milites;
Vt in suo clarissimo
Nos ordinet palatio.

¶Nos supplices) .i. humiles (precamur ipsum regem) idest christum nos dico milites: precemur inq̃ regem cum prece & laudibus (vt ordinet nos ĩ suo clarissimo palatio) idest in cœlo inter sanctos. vnde in euangelio. In domo patris mei mansiones multæ sunt.

Per sæcla mentis nescia
Patri supremo gloria:
Honorq; sit & filio:
Et spiritui paracleto. Amen.

¶Gloria sit patri supremo) idest excelso (per sæcla) idest per sęcula. & est ibi sincopa. gloria dico (nescia mentis) idest incomprehensibilis possibilitate humana. Vnde deus regnabit in ęternum & vltra. & (honor sit) scilicet patri cũ filio & spiritui paracleto. Amen.

Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur tempore paschalis resurrectionis. Commemorat beneficia; quæ ex Christi passione atq; resurrectione accepimus.

O Rex æterne domine
Rerum creator omniũ:
Qui es & ante sæcula
Semper cum patre filius.

¶Omnes isti hymni habẽt vnam materiam & vnam intẽtionẽ: quia de passione Christi & de resurrectione tractant. Ostẽdit enĩq; sicut mortuus est ꝓpter delicta nostra: sic & resurrexit ꝓpter iusticiã & iustificationem nostram: & contulit nobis verum pascha. idest transitum de terra ad cœlum: & de inferno ad paradisum.

Itē rogat vt sua resurrectio sit nr̄a redēptio & in paschali tp̄e vel gaudio idest in die iudicij defendat nos a periculo mortis.i.a dānatione. Vel materia hui⁹ hymni est vt Deū dep̄cemur vt sicut ille plasmauit Adā & accepit corporis eius formā: vt nos redimeret a ptāte diaboli & iūgeret nos Deo pr̄i: ita liberet nos ab oī delicto in hoc paschali gaudio. O dn̄e æternæ rex) quia in omni tp̄e es rex regū. tu dico (creator oim rerum (& qui semper es filius cū pr̄e (ante sæcula).i.ante mūdi cōstitutionem.

¶Qui psalmisti) hoīem vel formasti de nihilo (in primordio) idest in principio mūdi (cui) idest Adæ (dedisti vultū similē).i.mētē similem per rōnem (tui imagini (.i.tuę formę. vñ. I. gene. Formauit Deus hominē ad similitudinē suam.

¶Quē) Adā. s. (diabolus hostis) id est insidiator humani generis: vel) hostis) quia nos in Adā deceperat ideo (tu formā) Adę dignatus es assumere vt sic nos redimeres. & hoc est cui⁹ Adæ dignat⁹ es assumere corporis formam.

¶Dico ꝙ dignatus es formā serui accipere ad hoc (Vt redimeres hominem).s. Adam & alios (quē) hominem (iam ante plasmaueras) & nos redimēdo cōiungeres deo (pr̄i per cōtuberniū).i. per vnionē vel per habitaculū vel cōiunctionem (carnis) id est humanitatis.

¶Quem ęditum) idest natum (ex virgine) Maria (omnis anima) id est omīs spiritus rationalis (pauescit) idest miratꝛ (p quē credim⁹ resurgere nos) dum veneris iudicare viuos & mortuos (deuotamēte.

¶O tu xp̄e (q dōasti nobis).i.oīb⁹ credētib⁹ pie. et q̄d: (idl'gētiā) originał' pc̄ti.i.remissionē (p baptimū) q̄ tenebamur ligati vīcul' cōsciētię.

¶Qui dignat⁹ es suscipere crucē) idest passionē crucis ꝓpter hominē & dedisti tuū sanguinē preciū nr̄æ salutis) quia cū sanguine tuo emisti nos & redemisti.

¶Et q̄a tot & tanta fecisti: ꝙ nos a morte liberasti, ideo (o autor oīm rerū q̄sumus).i. rogamus te in hoc

Qui mundi in primordio
Adam plasmasti hominē:
Cui tuæ imagini
Vultum dedisti similem.

Quem diabolus deceperat
Hostis humani generis:
Cuius tu formam corporis
Assumere dignatus es:

Vt hominem redimeres:
Quē ante iā plasmaueras:
Et nos deo coniungeres
Per carnis contubernium.

Quem æditum ex virgine
Pauescit omnis anima.
Per quem & nos resurgere
Deuota mente credimus.
Qui nobis per baptismum
Donasti indulgentiam:
Qui tenebamur vinculis
Ligati conscientiæ,
Qui crucem propter hominē
Suscipere dignatus es:
Dedisti tuum sanguinem
Nostræ salutis precium
Quæsumus autor omnium
In hoc paschali gaudio:

Ab omni

Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

paschali gaudio).i.tua resurrectione(defende).i. protege(populum tuum)a morte æterna iam redemptũ(ab omĩ mortis impetu).i. ab omni periculo: ne denuo in mortem corruamus.

Carmẽ est dimetrũ iambicũ cacometrum. Canitur tempore paschalis resurrectiõis; cõmemoratis: ijs q̃ in resurrectiõe Christi contingerunt. Petit corda nostra ab illo possideri.

Aurora lucis rutilat:
Cœlũ laudibus intonat:
Mũdus exultans iubilat:
Gemens infernus vlulat.

¶Materia huius hymni est laudare Deum & extirpare vitia & adhęrere virtutibus. Et nota ꝙ ecclesia dr̄ aurora. qa sicut aurora expellit tenebras: ita eccl'a pœnit⁹ extirpat vitia & peccata. Aurora dicit: quia xp̃s resurrexit: cœlestes creaturę intonant laudibus: & hoĩes exultãtes laudant. & diabolus: vlulat & gemit. Expone ergo sic(aurora lucis rutilat).idest qñ aurora pullulat & incipit diescere(cœlũ).i.cœlestis creatura(intonat).i.resonat(laudibus mũdus exultans iubilat).i.hoĩes credẽtes in Deũ cantant(& infernus gemẽs).i. diabolus vlulat.i.plangit quia dolet de amissione eorũ: quos tenebat mortuos.s.Adã & alios: quos secum Deus traxit ad requiem.

Ecclesia dr̄ aurora.

Cum ille Rex fortissimus;
Mortis confractis viribus;
Pede conculcans tartara;
Soluit á pœna miseros.

¶Dico quod cœlum tunc intonat laudibus; cum Rex ille fortissimus) idest Christus(conculcans pede) idest potestate sua(tartara) idest diabolum(soluit) idest liberauit(miseros homines a pœna diaboli. & hoc confractis viribus mortis) idest diaboli.

Ille qui clausus lapide
Custoditur sub milite:
Triumphans pompa nobili
Victor surgit de funere.

¶Vere fractis viribus mortis.i.diaboli soluit a pœna miseros hoĩes. quia(ille clausus lapide).i. monumẽto(custodit).i.vigilat(sub milite).i.sub militibus: singulari ꝓ plurali ꝑ synedochẽ(qui triũphãs).i. veniens(põpa nobili).i. victoria: quia tunc animas ab inferis extraxit(surgit).i.se sursum erigit(de funere)idest de morte(victor)idest triumphator.

Solutis iam gemitibus/
Et inferni doloribus/
Quia surrexit dominus
Resplẽdẽs: clamat angelus.

¶Accipe ḋ p̃dicto v̄su: xp̃s erat victor(solutis iã gẽitib⁹ & inferni doloribus⁹(ãgelus resplẽdẽs).i.valde nitẽs(clamat)dicẽs mul'ib⁹. Ite dicite discipul' ei⁹ & Petro qa surrexit.d.

Tristis erant apostoli
De nece sui domini:

¶Ita dixerunt angeli mulieribus(quia apostoli erãt tristes de nece) idest de morte(sui domini) quem dominum(serui impꝗ) idest iudęi

(damnarant) idest damnauerāt cru duli pœna mortis.
¶ Et quia apostoli erāt tristes de nece sui domini. ideo (angelis prędixit mulieribus blando sermone dominus videndus est in Galilea á vobis (quantocyus) idest cito.
¶ Illę mulieres dum pergunt (concitę) idest solicitę dicere hoc apostolis (videntes eum viuere) idest christum (osculantur pedes domini) idest locum vbi perfoderant eū perfidi iudęi.

Matthę. xxviij.

¶ Quo agnito) idest quo audito: quia surrexit dominus (discipuli) idest apostoli (pergunt propere) idest festinanter (in galileam videre faciem domini desideratam) scilicet ab eis.
¶ Sol nitet) idest splēdet (radio suo mūdo) scilicet paschali gaudio claro (cum) idest quando (apostoli) cernūt iam christū visu corporeo.
¶ Diximus ꝙ tunc apparuit discipulis: sed quidam illorū. s. Thomas cum abesset in aparitione narrantibus alijs non credidit. Vnde dominus ostendit ei sua vulnera. & ait. Noli esse incredulus sed fidelis. Et nota ꝙ quttuor de causis cicatrices vulnerum ostendit dominus. s. vt esset signū victorię. vt deinceps de resurrectione non dubitarēt & non crederēt eum phantasticū corpus accepisse: aut vt essent ad patrē intercessio.

Quare ostendit dn̄s cicatrices discipulis.

¶ Constructio (Ostensa sibi vulnera). i. ostensis vulneribus (sibi). i. apostolis in fulgida carne Christi illi apl̄i (fatent̄). i. p̄dicāt (voce publica). i. manifesta dn̄m surrexisse.
¶ O christe clęmētissime rex tu possid e). i. guberna (corda nr̄a). i. mētes simul cū corporibus (vt reddamus. i. persoluamus ad honorē tuū omni tēpore (laudes tibi debitas.)

Lu. xxiiij
Ioan. xx.

Quē pœna mortis crudeli
Serui damnarant impij.

Sermone blando angelus
Prædixit mulieribus,
In galilea dominus
Videndus est quātotius.

Illę dum pergunt concitę:
Apostolis hoc dicere:
Videntes eum viuere:
Osculātur pededes domini.

Quo agnito discipuli
In galilęam propere
Pergunt: videre faciem
Desideratam domini.

Claro paschali gaudio
Sol mundo nitet radio:
Cum christum iam apostili
Visu cernunt cerporeo.

Ostensa sibi vulnera
In christi carne fulgida:
Resurrexisse dominum
Voce fatentur publica.

Rex christe clæmentissime
Tu corda nostra posside:
Vt tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.

Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in tempore paschalis resurrectionis. Dicit ꝙ christus est nostrum verum pascha. Facitq; memoriam passionis & resurrectionis eius.

Ad cœnam

AD cœnam agni prouidi
Et stolis albis candidi:
Post transitum maris rubri
Christo canamus principi.

¶Materia huius hymni est: q̄ nos inuitat autor ad cœnā agni illius: q̄ tollit peccata mundi.s. ad accipiendū corpus & sanguinē dn̄i: de quo dictū est. Qui sumit corpus christi indigne: iudiciū sibi manducat & bibit. q vero digne: habet vitā æternā. Nos vero positi (Ad cœnā agni prouidi).i. ad accipiēdū corpus & sanguinē dn̄i: vel ad vltimū pręceptū christi: quia sicut post cœnā nullū restat prandiū: ita post nouū testamentum nullum restat pręceptū. (Ad cœnā agni prouidi & agni candidi stolis albis).i. cū virtutibus (canamus principi christo) i. laudemus cū de resurrectiōe post transitum maris rubri).i. post baptismum vel post gloriam resurrectionis.

Cuius corpus sanctissimum
In ara crucis torridum:
Cruore eius roseo
Gustando viuimus deo.

¶Sanctissimum corpus cuius christi torridum).i. crematū: quia passum (in ara crucis gustādo) idest suscipiendo (eius roseo cruore viuimus deo) idest diuine.

Protecti paschę vespere
A deuastante angelo:
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio

Dico q̄ viuim⁹ deo ꝓtecti.i. defēsi vł seruati (vespe paschę).i. vltima ętate vł mysterio resurrēctiōis xp̄i. qđ nocte paschę factū ē (ab angelo deuastāte) i. ꝑcutiēte primo genita ęgypti (erepti) i. liberati (de durissimo ip̄erio pharaonis.i. diaboli.

Iam pascha nostrū christus est:
Qui immolatus agnus est:
Synceritatis azima
Caro eius oblata est.

¶Cōstrue (xp̄s est iā nr̄m pascha) i. transitus de vitijs ad virtutes (qui xp̄s est agnus). i. patiēs (īmolat⁹) ꝓ oībus nobis: vel sic (quia xp̄s immolatus ꝓ nobis) est agnus synceritatis.i. puritatis (caro ei⁹ oblata) i. sacrificata (ē azima) i. sine fermēto vł sine amaritudīe. Azima dicit ab a qđ ē sine & zima qđ ē fermētū: vł amarū inde azima q̄si sine amaritudīe. Azima vnde

O vere digna hostia
Per quā fracta sunt tartara:
Redempta plebs captiuata
Reddit ad vitę premia.

¶O vere digna hostia).i. sacra (per quā).s. hostiā (tartara sunt fracta) & p quā (plebs captiuata).i. aīę sanctoꝝ in inferno detētę: sūt redēptę (& ꝑ quā premia vitę) ęternę sunt reddita (plebs dico captiuata redit) i. reuertit (ad p̄mia vitę.s. ęternę.

Cum surgit christus tumulo:
Victor reddit de baratro:
Tyrannum trudēs vinculo
Et reserans paradisum.

¶Cum) i. qn̄ (xp̄s surgit tumulo) i. de sepulchro (victor reddit de baratro).i. de fouea inferni (trudens) i. claudēs (tyrānū).i. diabolū (vinculo) i. cū potestate sua ligās cū (& reserans paradisum) fidelib⁹ tuis. ꝗa tua mīa hoc fecisti. ideo rogam⁹ te.

Carmē est quale illud primo dierū. Canitur in re diuina ascēsionis dn̄icę. Commemorata christi ascensione & regno illi a patre tradito: petit illius beneficium in die iudicij.

A Eterne rex altissime
Redemptor & fidelium:
Quo mors soluta deperit
Datur triumphus gratiæ.

¶O æterne rex altissime & redemptor fidelium quo). i. per quem mors (soluta deperit)destructa extitit vel perit vel(mors) est descēsus ad inferna: quia sancti illuc modo non descendunt. vt ante passionem xp̄i (triumphus). i. victoria gratię datur iam glorificatis in anima & corpore glorificandis in resurrectione.

Scandens tribunal dexteræ
Patris potestas omnium:
Collata Iesu cœlitus:
Quæ non erat humanitus.

¶Tu scandens). i. ascendens (tribunal). i. sede(dexterę patris). i. ad ęqualitatē patris(potestas omniū) rerum(est collata). i. attributa á Iesu. scilicet christo. & hoc(cœlitus)i. diuinitus. Possumus dicere quod solus est ad dexterā p̄ris: cęteri ordines sanctorum ad sinistrā respectu claritatis filij(q̄ potestas nō erat)ei(collata hūanitatus). i. quādiu, vel qn̄ erat in mūdo.

Vt trina rerum machina
Cœlestium terrestrium:
Et infernorum condita:
Flectant genu iam subdita.

¶Dico quod potestas datur diuinitus christo: quæ non erat humanitus. vt trina rerū machina). s. cœlestiū terrestriū & infernorum condita a te(flectant genu iam subdita) idest flectentes genua cœlestes terreni & infernales sint subdita) idest humiliata tibi ad honorem tui.

Tremunt videntes angeli
Viceversa mortalium:
Culpat nos caro; purgat caro
Regnat deus dei caro.

¶Angeli videntes) humanam formam vel naturam(tremunt). i. mirantur. s. quia videbant humanā naturam per ipsum christum ad dexteram patris collocatam & exaltatam. & hoc(vice versa mortalium) tremebant & mirabantur. ¶Et nota quod ante natiuitatem christi angeli ab hominibus se adorari patiebantur: sed non postea sicut legimus de Ioanne: qui cum vellet angelum adorare: inquit angelus Ioanni. Noli me adorare: seruus tuus enim sum & fratrum tuorum(Caro)Adæ(culpat nos)idest per Adam in peccatum cadimus (caro christi purgat nos) idest per christū de vitijs ad virtutes surgimus(caro)dei. & deus(regnat)quia christus deus est & homo.

Ante xp̄i natiuitatem angeli adorabantur. lege apoca. xxij.

Tu esto nostrum gaudium.
Manens olympo pręditum:
Mundi regis qui fabricam
Mundana vincēs gaudia.

¶O christe tu esto nostrū gaudiū manens pręditum) idest nobis paratum honoratum, vel sublimatū (olympho)idest in cœlo(tu qui regis)idest gubernas fabricam mundi)vincens mundana gaudia(idest amor tuus superexcellit omnes delectationes mundi.

Hinc te precantes quęsumus:
Ignosce tu criminibus:
Et corda

¶Quasi diceret superexcellit gaudia mundi. & (hinc nos precantes quęsumus)idest depcamur te(igno-

Et corda sursum subleua:
Ad te superna gratia.

sce criminibꝰ).i.dimitte nobis peccata nostra (& subleua).i.sursum leua (corda ad te superna gratia).i. pro summa misericordia.

Vt cum rubente cœperis
Clarere nube iudicis:
Pœnas repellas debitas:
Reddas coronas perditas.

¶Nos quęsumus te (vt cum) idest quādo (cœperis clarere).i.fulgere (repente).i.festinanter (nube iudicis) i.christi (rubente).i.clarescēte.i.teipso iudice aduenient: a nobis (repellas pœnas debitas) ꝑ Adā (& reddas).i.tribuas per gratiam (cordis perditas) & culpam inuētam & collatam secundum meritū per gratiam: quia non necessitate cogente: sed voluntate & gratis a morte liberauit, & saluauit nos.

Gloria tibi domine:
Qui ascendis supra sydera
Cum patre & sancto spiritu
In sempiterna sæcula. Amē.

¶O domine) iesu christe (qui scandis supra sydera) idest super omēs cœlos (gloria) idest laus & honor (sit tibi, cum patre & sancto spiritu in sempiterna sæcula. Amen).i. sine fine.

Carmen ex dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in festo ascensionis dominicę. Agit christo gratias ꝗ pro nobis passus mortem: nos a morte liberauit.

IEsu nostra redemptio:
Amor & desiderium:
Deus creator omnium:
Homo in fine temporum:

¶O iesu nostra redemptio) tu dico (amor & desiderium) nostrum.i. amor desiderabilis (deus creator omnium) qui es (in fine temporū) factus (homo) vnde deus & homo & hoc in vltima ętate

Quę te vicit clæmentiam:
Vt ferres nostra crimina:
Crudelem mortem patiens:
Vt nos a morte tolleres.

¶Quę.i. quanta (clęmentia) idest pietas (vicit) idest compulit te (vt ferres).i. portares vel deleres (nostra crimina) idest peccata (patiēs crudelem mortem: crucis (pro peccatis nostris. & q̄re? vt (tolleres) i. liberares nos a morte) i.a diabolo.

Inferni claustra penetrans;
Tuos captiuos redimens:
Victor triumpho nobili
Ad dexteram patris residēs.

¶Tu penetrās).i.frāgēs (claustra inferni) redimēs sanguine tuo (captiuos) q tenebanē iuste in inferno (residens ad dexterā patris) mens (victor triūpho nobili).idest mirabili victoria.

Ipsa te cogat pietas:
Vt mala nostra superes
Parcendo: & voti compotes
Nos tuo vultu saties.

¶Ipā pietas (q̄ cogit te) vt subires mortē crucis (cogat) i.impellat te (vt superes nr̄a mala).i. dimittas nobis debita nr̄a (& saties).i.impleas & frui facias (nos cōpotes nr̄i voti).i.desiderij (tuo vl̄tu).i.pn̄tia.

Tuesto

¶Et tu quies futurus nostrũ premium: esto nostrũ gaudium).i. in presenti & in futuro(& nostra gloria)idest laus(sit in te semper) i. in omi tẽpore(p cũcta secula.(Amẽ.

Tu esto nostrum gaudium:
Qui es futurus premium:
Sit in te nostra gloria
Per cũcta semp secula. Amẽ.

Carmen est quale superius. Canitur in festo ascensionis domini ad laudes. Describitur christi ascensio in cœlo: & petit illius beneficium in die iudicij.

Additio cũ glo. Materia presentis hymni est describere gloriosam christi ascẽsionem: & regnum cœlorum sibi traditum a patre. propter quod ecclesia inuitat nos ad noua cantica per soluenda deo. dicens(canamus hymnum glorie & hymni noui).i. nouæ laudes(personẽt) scilicet nunc(cum christus ascendit ad thronũ patris) idest ad cœlum, & hoc(nouo tramite) idest admirando. quia mirabãtur angeli humana natura per ipsum christum ad dexterã patris ascendentẽ.

Hymnũ canamus glorie:
Hymni noui nũc psonẽt:
Christus nouo cum tramite
Ad patris ascendit thronũ.

¶Incipit discursus ascensionis sic: (christus transit potenter)i. cũ magna maiestate & potestate(culmina).i. altitudinem(poli).i. cœli & hoc(nobili triumpho).i. inaudita victoria(qui derisus a mortalib9 assumpserat).i. destruxerat mortẽ scilicet nostram: morte. s. sua.

Transit triumpho nobili
Poli potenter culmina:
Qui morte mortẽ assũpserat
Derisus á mortalibus.

¶Tunc. s. cũ christus transibat culmina poli: apostoli stantes in monte mystico chrismatis: quia ibi cõfirmati fuerunt in fide(cum matre virgine clara).i. cum maria immaculata dei genitrice(videbant gloriam iesu ascendentis in cœlum.

Apostoli tunc mystico
In mõte stantes chrismatis:
Cum Matre clara virgine
Iesu videbant gloriam.

¶Et cum apostoli cũ Maria virgine(prosecuti scilicet essent).i. respicerent .hoc: idest gloriam iesu ascẽdẽtis in cœlum(leto lumine) idest letis oculis(sydera).i. oẽs ciues sy deret.i. cœlestis curie(ducere) idest perducere(cordibus letis regem seculi) idest christum & hoc per auras) idest per cœli tractus.

Hoc prosecuti lumine
Læto potenter sydera:
Lætis per auras cordibus
Ducere regem sæculi.

Quos scilicet discipulos cum matre Iesu (angeli alloquentes) idest ad eos loquentes: inquiũt(quid vos stantes) scilicet arrectis in cœlum luminibus cernitis astra(hic). s. q ascẽdit triũpho nobili est saluator Iesu.

Quos alloquẽtes angeli:
Quid astra stantes cernitis?
Saluator hic est(inquit)
Iesu triumpho nobili.

A vobis

A vobis ad cœlestia;
Qui regnãs nũc assũpt⁹ est:
Venturus inde sæculi
In fine iudex omnium.

Quo nos precamur tempore
Iesu redemptor vnice;
Inter tuos in æthera
Seruos benignus aggrega.

Da nobis illuc sedula
Deuotione tendere:
Quo te sedere cum patre
In arce regni credimus.

Gloria tibi domine:
Qui scandis supra sydera:
Cum patre & sancto spiritu
In sempiterna sæcula. Amẽ.

¶Dico quod hic est saluator Iesu (qui regnans assumptus est a vobis) .i. a vr̃o aspectu (ad cœlestia) scilicet regna & (vẽturus).s.est (inde).i.a cœlo in fine sæculi (iudex omniũ).s.viuorum & mortuorũ.
¶Ecce hic petitur beneficiũ a deo in die iudicij. Ordina sic.(quo tempore).i.in quo tempore iudicij (ó Iesu vnice redemptor precamur) idest rogamus te (aggrega) idest aduna vel cõiũge tu benignus nos (in æthera).i. super cœlum (inter tuos seruos).i.inter ciues cœlicos.
¶Da nobis) prosequitur. idest cõcedas nobis (tendere) idest ire (deuotiõe sedula) idest festina (illuc) i. ad eum locum (quo) idest in quo (credimus te sedere cũ patre in arce regni).s.cœlestis.
¶O domine gloria sit tibi: qui scãdis) idest ascendis supra sydera).i. super cœlos, vbi regnas cum patre & cũ spũ sancto in sempiterna sæcula.(Amen) idest ita fiat.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur in festo penthecostes; hoc est quinquagesimæ. Spiritum sanctum implorans petit; vt illius amore nos inflammet; & in dei gratia confirmet.

VEni creator spiritus:
Mentes tuorum visita;
Imple superna gratia:
Quę tu creasti pectora.

¶Materia huius hymni est spirit⁹ sanctus quẽ pater promiserat quãdo dixit Iohelii. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Fili⁹ promisit quando dixit. Si assumptus fuero in cœlum: mittam vobis paracletum: & apostolis simul orantibus in hora tertia mundus tonuit. & subito venit spirit⁹ sanctus & apostoli inflammati spiritu sancto diuersis loquebantur linguis magnalia dei. Intentio est rogare deum, vt purget peccata nostra superno splendore & illuminet gr̃a spũs sãcti: vt expellat a nobis visibiles & inuisibiles hostes, vt habeamus vitam permanentem cum ipso. O (creator) sancte spiritus dei (veni & visita mentes tuorum fidelium: & veniendo (imple pectora superna gratia: quæ tu creasti) idest fecisti. Iohel.ij.

Qui paracle

Qui paracletus diceris
Donum dei altissimi:
Fons viuus/ignis/charitas/
Et spiritalis vnctio.

¶Qui paracletus .i. cõsolator (diceris donum dei altissimi & diceris fons viuus.de quo nõ cõmunicãt alienis.vel fons viuus aquę salientis in vitã æternã.& diceris(ignis)qa corda hoĩm ad dilectionẽ dei & pximi accẽdis & vitia.i.peccata consumis.& diceris(charitas)quia facis diligere Deũ & proximũ.& diceris spiritalis vnctio)quia de spiritali vnctione idest de spiritu sancto vngis corda hominum vt humilentur in baptismo.

Septem dona spiritꝰ sancti.

Tu septiformis gratiæ:
Dexteræ dei tu digitus:
Tu rite promissum patris
Sermone ditans guttura.

¶Tu es septiformis munere) idest donis(gratiæ)idest ꝑpter septiformem gratiam.Septẽ enim sunt dona spiritꝰ sancti.spũs sapiẽtię & intellectus:spiritus consilij & fortitudinis.spiritus sciẽtię & pietatis & amoris(tu)es (digitus) idest potẽtia(dextrę Dei)quia sicut nodi digitorum varij sunt. ita varia sunt dona spũs sancti.& (tu)es(promissum patris)&ditans:i.dest faciens diuites guttura vel pectora (sermone rite) idest recte. vel tu es(ditans guttura promissum)idest promissio.

Accende lumen sensibus;
Infunde amorem cordibus;
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

¶Et tu;qui oparis oĩa (accende lumen sensibus).i.mẽtibus nr̃is:&infunde cordibus nr̃is(amorẽ).i.dilectionẽ dei(firmans infirma) .i. debilia(nr̃i corpis ꝑpetim).i.perẽniter vel ꝑpetuo(virtute).s.mirabiliter cũ virtute perpetua & semper nos(firmans).i.protegens.

Hostem repellas longius:
Pacemq; dones protinus.
Ductore sic te preuio
Vitemus omne noxium.

¶Repellas hostem lõgius) idest remoueas eum procul(qꝫ)pro.& dones pacem protinus)idest cito(vitemus omne noxium).i. peccatum (sic te pręuio).s.te ductore.

Per te sciamus: da patrem
Noscamus atq; filium:
Te vtriusq; spiritum
Credamus omni tempore.

¶Dico (o sancte spiritus. vt per te sciamus patrem atq; noscamns filium)&(credamus te vtriusq; spiritum)idest procedentem a patre & filio)omni tempore.

Carmen est quale illud primo dierũ.Canitur in festo penthecostes; quo spiritꝰ sãctus missus est ad discipulos christi:narratq;:quę in eius missione facta sunt.

Iam Christus astra ascẽderat:
Regressus vnde venerat:
Promissa

¶Materia huius hymni est eadem quę & in pmisso.Spiritus idest cõsolator.vel aduocatus.dicitur cõsolator:qa cũ sumus in pctis trahen-

do nos ad cœlestem patriam ipse spiritus sanctus cum splendore feruēti apparuit discipulis suis. Et quia sermo igneus futurus erat ideo in ignea lingua eis apparuit: quia facit eos ardētes in dilectione dei & proximi & perito sermone affluentes. Construe (Christus ascenderat iam) secundum humanitatē (astra) idest cœlos (christus) dico (egressus) idest reuersus vnde venerat datur⁹ apostolis munera (pmissa pris) idest spiritum sanctum.

Promissa patris munera
Sanctum daturus spiritum.

Solemnis vrgebat dies:
Quo mystico septemplici:
Orbis volutus septies:
Signat beata tempora.

Solemnis .i. festiualis (dies vrgebat) .i. festinabat vel imminebat septies septem, q̄ sunt .xlix. & vno addito: vel per septē intelligimus tēporalia .i. corporalia: qa per septē totum tēpus vitę nostrę voluitur in quo debemus liberari a peccatis vt perueniamus ad illā beatitudinē: quæ intelligit per .xl. dies, in quibus ieiunare debemus: vt peruenire possimus ad diem sabbati .i. ad requiem (quo die mystico) .i. figuratiuo (septemplici) idest per figurā septēplicē (orbis) idest septima (voluptus septies) idest per .xl. & .ix. dies (signat beata tempora) scilicet futura .i. æternam requiem.

Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat:
Orantibus apostolis
Deum venisse nunciat.

Et quia christus ascēderat (dum hora tertia) videbat̄ esse (cunctis) oībus apostolis (mūd⁹ intonat repēte) .i. subito: & ille sonus vel mūdus) nūciat deum venisse orātibus ap̄lis) .i. simul in vnū locū cōgregatis & orātibus: & expectātib⁹ promissionē dn̄i sui .s. xp̄i. cū ipe de illa pmissione eius ante ascēsionē locutus fuisset: dicēs vado & venio ad vos & mittā vobis paracletū .i. cōsolatorē: qui docebit vos oēm veritatē. & ita facti perfectiores in omni scientia erant, quia diuersa genera linguarum loquebantur, & prædicabant magnalia dei.

De patris ergo lumine
Decorus igneis almus est:
Qui fida christi pectora
Calore verbi compleuit.

Et qm̄ quidē pater misit spūm: ergo (ignis) .i. spūs (decor⁹) .i. pulcher (est almus de lumine pr̄is) qui spūs (cōpleuit) vt haberēt scientiā loquēdi (pectora) apostolorū vel hominū (fida) .i. fidelia christi & hoc (calore) .i. ardore (v̄bi) .i. filij.

Impleta gaudent viscera
Afflata sancto spiritu:
Voces diuersas intonant,
Fantur dei magnalia.

Viscera apostolo⁊ impleta .i. laciata) gaudēt) quia fecit eos loquētes & etiā ardētes i amore & (afflata) .i. inflamata spiritu sancto (intonāt diuersas voces) .i. loquutur idiomata omniū linguarū. & (fatētur: vel fantur magnalia dei) .i. mirabilia dei .i. prædicant nomē xp̄i. Actuū .ij.

Ex omni

Ex omni gente cognitiGræcis latinis: barbaris;
Cunctisq; admirantibus
Linguis loquũtur omnib⁹.

¶Ex omni gente).i.ex omnib⁹ gẽtib⁹(cogniti)sunt apostoli.s.a grecis, latinis, barbaris(cunctisq; admirãtibus)apostoli(loquũtur linguis omnibus)quę sunt.lxxij.

Iudæa tunc incredula
Vesana toruo spiritu:
Ructare musti crapula
Alumnos christi concrepat.

¶Cũ apostoli ita loquebantur oẽs admirabãtur sic loquẽtes: credentes deum in eis esse: sed iudæa increpat eos.idest plebs iudeoꝝ(incredula).i.infidelis illa dico(vesana)idest insana(toruo spiritu).i.supbo(concrepat alũnos).i.discipulos Christi(ructare crapula musti).i.affirmat eos vino inebriari.

Sed signis & virtutibus
Occurrit: & docet Petrus
Falsa profari perfidos
Iohelis testimonio.

¶Aestimabant iudæi q̃ prænimio potu musti.i. perebreitatẽ apostoli taliter loquebantur(sed Petrus occurrit signis).i.miracl'is(& virtutibus docet.i.pbat perfidos iudęos(pfari).i.loqui(falsa Iohelis)prophetæ(testimonio)prophetauit enim Iohel sic. Effundãt de spiritu
Iohel: meo super omnẽ carnẽ: & pphetabũt filij vestri & filię.

Sit laus patri cum filio:
Sancto simul paracleto:
Nobisq; mittat filius
Charisma sancti spiritus.

¶Laus sit patri cum filio simul & sancto paracleto)idest spiritu sancto. &(mittat nobis)omnibus fidelibus(charisma)idest donũ sancti spiritus(vel gratiam spiritus sancti.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur in festo penthecostes sicut & superiores hymni. Narrat quid ex hac missione consolatoris spũs euenerit. Petijtq; illius dono nobis infundi.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita
Cum spiritus paracletus
Effulsit in discipulos

¶Materia huius hymni est spirit⁹ sanctus quẽ pater & filius pmiserunt Iohele dicente. Effundã de spiritu meo super omnem carnem & prophetabũt filij vestri & filiæ vestræ. & filius dicit. Si asumptus fuero in cœlum mittam vobis paracletum. & apostolis orantibus mundus intonat. & venit spiritus sanctus in speciẽ ignis: quo apostoli inflãmati loquebantur magnalia dei varijs linguis. Quæritur hic vtrum filius sit a patre non factus: sed genitus: & præiacẽti materia dico ex substãtia patris & non ex aliquo: sed ex patre. Similiter dico de processiõe spiritus sancti: quia fit ex patre & filio, & de substantia vtriusq; coęqualis eis & non ex aliquo factus nec ex nihilo. Cõstructio(orbita)idest reuolutio(anni reduxit nobis beata gaudia(cũ spiritus paracletus effulsit)idest resplenduit(in discipulos.)

Ignis vibrante lumine
Linguæ figuram detulit:
Verbis vt essent proflui:
Et charitate feruidi.

¶Construe(ignis).i.spiritus sanctus cum splendore feruente apparuit discipulis: quia sermo eorũ futurus igneus erat.& ideo in lingua & igne apparuit: quia fecit eos ardentes in dilectiõe dei & ꝓximi & pariter sermone affluentes: quod dicit hic (ignis).i.spiritus sanctus (detulit figuram linguę Vibrante).idest feruente (lumine suo).i.splendore (vt illi apostoli & discipuli essent proflui).i.facundi.& loquentes (verbis).i.varijs linguis (& feruidi).i.ardentes & inflammati charitate.

Linguis loquuutur omnium;
Turbæ pauent gentilium:
Musto madere deputant:
Quos spiritus repleuerat.

¶Apostoli (loquunt linguis oĩm) & ideo (turbæ gentiliũ pauent).i. mirant.& turbæ illæ (deputant).i. valde putãt (madere).i.abundare (musto).i.vino.illos (quos spũs sanctus suo splendore repleuerat.

Patrata sunt hæc mystice
Paschæ peracto tempore:
Sacro dierum numero
Quo lege fit remissio.

¶ Et ipse cucurit fortiter) idest cōstās forti animo (pœnas) idest tormenta huius mundi transiuit (& sustulit) idest sustinuit (illas pœnas viriliter effundens sanguinem suū) & ideo possedit ęterna dona.)

¶ Ob hoc) idest propter hoc: quia pro te sanguinem fudit o (piissime pater nos supplices poscim⁹) idest precamur te (precatu) idest precibus humilibus (in hoc triumpho in hac vectoria martyris dimitte noxiam) idest culpam (seruulis.

¶ Materia huius hymni est: vt relictis delectationibus & vanitatib⁹ huius sęculi bona opera exercēdo, deum sequamur. ó (martyr dei qui fuisti victor) victis hostibus. tu dico (triumphans sequendo vnicum filium patris: es modo frues cœlestibus) idest bonis.

¶ Et quia tantis bonis frueris (dilue) idest extingue (reatum) idest peccatum nostrum. tu dico (arcēs contagium mali) idest diaboli (remouens tędium vitę) scilicet famē sitim, nuditatem, frigus. scilicet nobis dando tēporalia necessaria,

¶ Et qa (vincula tui sacrati corpis sunt iam soluta a nexib⁹) huius (sęculi) dissoluti & est cū christo. sic (solue nos a vinculis sęculi) idest absolue nos a peccatis, tuis precibus: & hoc amore filij dei.

Carmen est asclepiadeum mixtum gliconico.
Canitur in festis plurimorum martyrum.

Sctorꝝ meritis inclyta gaudia
Pāgam⁹ socij gestaq; fortia:
Nā gliscit animus ꝓmere cātib⁹
Victorum genus optimum.

¶ In hoc hymno laudat auctor deū in cōmunione sanctorū martyrum quia mūdū cum pōpis suis & cum vitijs & cōcupiscētijs suis dimiserunt: & spreuerunt vnde in terris laudantur & in cœlis honorant̄. Intendit itaq; rogare deū vt nos suos famulos iungat cōsortio sctōrum martyrum. O socij pangamus) idest cantemus (inclyta gaudia. idest præclara meritis sanctorum & fortia gesta) eorum (nam animus gliscit).i. cupit vel gaudet (promere) idest laudare cum cantibus (optimum genus victorum) idest martyrum.

Hi sūt quos retinēs mūd⁹ ihorruit
Ip̄m nā sterili flore paridū
Spreuere penit⁹: teq; secuti sūt
Rex christe bone cœlitus.

¶ Hi sunt martyres (quos mūdus retinens) idest dū viuerent in mundo (inhorruit) idest odio habuit (nam ipsi) martyres (spreuere penitus ipsum).s. mundum (per aridum).i. valde siccum (flore sterili) idest non fructuoso & (secuti sunt cœlit⁹) i. diuinit⁹te ó xp̄e bone rex.

Hi pro te furias atq; ferocia
Calcarūt omia sęuaq; verbera;
Cessit his lacerās fortiter vngula
Nec carpsit penetralia.

¶ Hi martyres (calcarunt) idest sustinuerunt passi sunt & vicerunt (pro te furias hominum) idest insanias infideliū (atq; verbera ferocia) idest crudelia (& sęua) idest iniuste illata (& vngula) quoddā genus tormenti (cessit) idest locū dedit his martyribus (lacerans).i. puniens fortiter vltra quęuis tormenta (nec) pro sed & non carpsit penetralia mr̄m: vel apostolorum).i. non fuerunt tracta vel diuisa eorum viscera: & hoc virtute dei: qa virtus dei erat in eis: vel non carpsit penetralia.i. intima eorum non potuerunt tormentorum generibus a proposito sancto retrahi.

Additio. Vngula formam habet diminutiui: tamen nō est nisi denominatiuum ab vngulis: & proprie dicitur de his: quæ carent digitis. Vnde plinius. In quadrupedibus solidas habēt vngulas quę nō sunt cornigera hic autem sumitur similitudinarie pro quodam instrumēto vnico seu genere tormenti (quod quidem vocatur vngula) quo effodiebantur, ęuellebanturq; beatorum martyrum carnes in sua passione. Vngula. Plinius.

Cædūtur gladijs more bidētiū
Non murmur resonat: nō querimonia.
Sed corde tacito mens bñ cōscia
Conseruat patientiam.

¶ Ipsi cędūtur)i. iugulātur gladijs crudelibus (more bidētiū).i. consuetudie ouiū (murmur) eoꝝ (nō resonat nec querimonia).i. lamētatio non auditur (sed mens bene cōscia).i. boni meriti (cōseruat patiētiā tacito corde) qa fortes patiētes & firmi erāt ꝓfide xp̄i in bello.

Biden. Additio. More bidentium. hoc dicit propter taciturnitatem & patientiam in tormentis quā ipſę ferunt oues. vnde de chriſto. Eſaias. ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & ſicut agnus nō aperiet os ſuum. Sed nota quod quidam intelligunt bidentes eſſe oues vel beſtias quę per ętatem duos dentes altiores habent. Virgi. lętas mactant de more bidentes. ſed Calepinus (cuius dictis acquieſco) dicit hoſtias binas. ideſt duos annos habentes dici bidentes. q. bienes: ſed longo vſu loquēdi corrupta eſt vox & interiecta eſt. d. vt in redeo: & pro bienibus dicimus bidentibus. eſt & bidens inſtrumentum ruſticum. Iuuenalis. viue bidentis & amās & culti vtilicus horti.

Virgili⁹. Calepin⁹. Iuuenal.

Quę vox quæ poterit lingua retexere;
Quæ tu martyribus munera præparas;
Rubri nam fluido ſanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.

¶ Et quia omnia hęc pro chriſti nomine patiebantur: igitur (quę vox & quæ lingua poterit retexere). i. dicere vel explicare (munera) ideſt dona quæ tu martyribus p̄paras. nam ipſi (rubri fluido) ideſt fluente ſanguine (ditantur) ideſt coronantur (laureis) ideſt coronis bene fulgidis.

Te ſūma deitas vnaq; poſcim⁹;
Vt culpas abluas; noxia ſubtrahas.
Des pacem famulis; nos quoq; gloriam;
Per cuncta tibi ſæcula. Amen.

¶ O ſumma deitas nos ſupplices. i. humiles (poſcimus). i. rogamus te vt abluas. i. deleas (culpas nr̄as). i. peccata nr̄a & (ſubtrahas noxia) i. ipſa peccata a nobis: & (des pacem famulis) tuis (quoq;) ideſt ſimiliter (nos omnes demus gloriam tibi) ideſt ad honorem tuum per cūcta ſęcula. Amen.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſtis plurimorū martyrū: quorū martyriū deſcribit & cōſtantiā in pauēdo: petitq; vt illorū iūgamur cōſortio.

Æterna chriſti munera
Et martyrum victorias;
Laudes canentes debitas;
Lætis canamus mentibus.

¶ Hymnus iſte cum illo alio qui in feſtis Apoſtolorum decantari ſolet vnus eſt: tamen eſt diuiſus principio bis repetito ſecundo dum taxat carmine primi verſus commutato. ſcilicet Apoſtolorum gloria in hoc & Martyrum victorias. Nā tota hymni ſentētia (qui oppido q̄ ſuauis eſt) vtriſq; apte congruit: nempe apoſtoli dei omnes martyrium glorioſum pro chriſto perpeſſi ſunt: & calicem dn̄i biberunt. Incitat itaq; nos hymnus ad decantandas laudes debitas ꝓ inuicta animi cōſtantia in perferendis pro cōfeſſione verę fidei tormētis: quam glorioſi martyres habuerunt. (Nos igitur canentes) ideſt cum gaudio pſallentes (laudes debitas: canamus lætis mētibus (ideſt hilari & iucundo corde (munera) ideſt dona (æterna) ideſt perpetua (chriſti. & victorias martyrum.

tyrum.) Et nota ꝙ martyr testis interpretatur. dicti martyres, ꝙ propter testimonium christi mortem passi sunt. estq; græcum nomen. vnde martyria testimonia dicta sunt. Martyr.

Terrore victo sæculi
Spretisq; pœnis corporis:
Mortis sacræ conpendio
Vitam beatam possident.

¶ Declarat quomodo possident in recompensationem mortis vitam beatam: dicens. Martyres. scilicet possident. idest potenter habent taliter ꝙ non auferetur ab eis in æternum (vitam beatam) idest incorruptibilem gloriam: & hoc cōpendio. idest in compendium & recompensationem mortis sacræ: & hoc (Terrore sæculi) idest huius mūdi (victo) idest ab eis prius superato (q;) pro & (pœnis) idest tormētis corpori infligēdis (spretis) idest pro nihilo habitis. compēdium etiam pro via breuiori & citius ad terminum ducenti ꝙ ea quæ publica & protrita est sumitur in p̄senti parte: quoniam mors corporalis quā pertulerunt martyres admodum breuis fuit & satis compēdiaria ad assequendum terminum & metam sempiternæ & incorruptibilis vitæ.

Traduntur igni martyres:
Et bestiarum dentibus
Armata sæuit vngula:
Tortoris insanit manus.

¶ Genera tormētorum diuersa describit: dicens (martyres traduntur) idest applicantur (igni). i. ad ignē: vt comburantur (& dentibus ferarum) vt ab eis dilacerentur (& vngula) genus illud tormenti: de quo dixi in hymno sanctorum meritis (armata sæuit) idest furit & crudescit contra martyres gloriosos (& manus tortoris) idest carnificis torquentis (insanit) idest nimio furore bachatur, alias legitur armata sæuit vngulis tortoris insani manus. Si autem lector diuersa tormentorum genera crudeliter martyribus sanctis allata legere volueris habes epistolā Pauli ad hebræos. scilicet. Sancti per fidem vicerunt regna. vbi videbis quemadmodum ludibria: verbera, vincula: carceres, experti, secti, tentati, & in occisione gladij mortui sunt. &c.

Nudata pendent viscera:
Sanguis sacratus funditur:
Sed permanent immobiles
Vitæ perēnis gratia.

¶ Viscera). s. martyrū (pendēnt). s. in tormentis nudata (& sanguis sacratus). i. sacrati corporis (fundit) idest p terram spargit. (Sed ipsi). s. mr̄yres (pmanēt). i. pseuerant (immobiles) i. firmi in pposito moriēdi p xp̄o & hoc (grā). i. causa vitæ perēnis). i. ppetuæ gloriæ cuius causa leuia videbāt tormēta dulciaq;.

Te nunc redemptor quæsumus
Vt ipsorum consortio:
Iungas precantes seruulos
In sempiterna sæcula. Amē.

¶ Concludit iam & petit a deo, vt sui famuli cōsortio sanctorū iūgātur in cœlis: dicens (ó redēptor). i. christe q tuo proprio nos sanguine redemisti (q̄sumus) i. rogam' te (vt iugas) i. iūgere velis seruulos p̄cantes

cantes) idest nos tuos humiles seruos deprecātes (consortio) scilicet ad consortiū & cœtū ipsorū martyrum.s.in sempiterna sęcula.Amen.

Carmen est quale illud primo dierum.
Canitur in festo martyrum.

Materia huius hymni est inuocare regē martyrum: vt dirigat ad nos aures suæ clęmentiæ: & quod deliq mus propter merita sanctorum: in quorum cōmemoratione pręsens hymnus cantatur parcere vel igno scere dignetur. O gloriese rex martyrum corona) idest brauium & (merces confitentium) nomen tuum (qui perducis respuentes terrena ad cœlestia regna,

Rex gloriose martyrum
Corona confitentium:
Qui respuentes terrena
Perducis ad cœlestia.

Terrea non terrena legit Anto.

¶ Tu appone aurē tuam benignā protinus) idest statim (nostris vocibus) & ignosce qđ deliquimus: qui (Pangimus sacra trophea).i. victorias martyrum.

Aurem benignam protinus
Appone nostris vocibus;
Tropheas sacra pangimus:
Ignosce quod deliquimus.

¶ Tu vincis (sęuiciam tyrānorū) in martyribus parcendo confessoribus (quia non vis vt per martyrium finiant vitam suā (tu vince) idest destrue (nostra crimina dādo nobis indulgentiam (quia tu non vis mortem peccatoris.

Tu vincis in martyribus
Parcendo confessoribus:
Tu vince nostra crimina
Donando indulgentiam.

Carmen est quale illud nocte surgentes. Canitur in festo vnius confessoris: cuius laudes prosequitur.

¶ Materia hui⁹ hymni est: ꝙ totis viribus deum super omnia laudadare debemus. Intendit etiam autor in hoc hymno tractare de ascēsione illius confessoris. in cuius memoria pręsens hymnus totis laudibus celebratur. (Iste confessor sacratus a domino) lętus.i. exultans (meruit hoc die).i. in hoc die (scandere).i. ascendere (secreta cœli) idest ad cœlos (festa cuius) sancti plebs deuota celebrat per totum orbem.

Iste confessor dn̄i sacratus
Festa plebs cui⁹ celebrat ꝑ orbē
Hoc die lęt⁹ meruit secreta:
Scandere cœli.

Sacrata nō secreta emēdat Antoni⁹.

¶ Qui).i. confessor (fuit castus) in corpore & anima (pius).i. sanctus (prudens) idest sapiēs (humilis pudicus) in verbis (sobrius) in cibis (& quietus).i. tranquillus (dum) idest donec (vegetauit).i. nutriuit (artus) idest membra corporis eius (pręsens vita) idest quādo erat in hoc sęculo.

Qui pius prudēs; hūlis; pudic⁹;
Sobrius; castus fuit & quiet⁹;
Vita dū pręsens vegetauit eius
Corporis artus.

Ad sacrū

Ad sacrũ cui⁹ tumulũ freq̃nter
Mẽbra lãguẽtũ modo sanitati:
Quolibet morbo fuerint gra-
Restituuntur. (uata

Vnde nũc nr̃ chorus in honorẽ
Ipsius hymnũ canit hũc libẽter
Vt pr̃is eius meritis iuuemur
Omne per æuum.

Sit salus illi decus atq; virtus:
Qui sup̃ cœli residẽs cacumẽ:
Toti⁹ mũdi machinã gubernat
Trinus & vnus. Amen.

¶ Ad sacrum tumulum cuius con-fessoris (membra lãguẽtum) idest ęgrotãtiũ (restituantur modo) .i. in pręsenti (sanati) idest saluti fre-quenter (quolibet morbo) idest a quacunq; infirmitate illa membra (fuerint grauata.) ¶ Vnde nunc noster chorus) no-strorum fratrũ (canit hũc hymnũ) in honorẽ ipsius confessoris, liben-ter).i. volũtarie, & ad qd canimus? (Vt iuuemur pr̃is meritis) idest pa-trocinijs & orationibus eius (per omne ęuum).i. per cuncta sæcula. ¶ Salus) idest gloria (decus).i. ho-nor (atq; virtus) semper erit illi deo (qui residens supra cacumen).i. su-pra altitudinẽ (cœli) trinus in per-sonis: & vnus in essẽtia (gubernat machinam) idest fabricam totius mundi. ¶ Machina producit primam: & propterea multi legunt fabricam.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur in festo virginum: in quarum laude versatur

IEsu corona virginum
Quẽ mater illa concipit:
Quæ sola virgo parturit:
Hæc vota clæmens accipe.

¶ In hoc hymno laudat autor deũ in cõmemoratione sanctarum vir-ginum: quæ domando fragilem se-xum meruerũt scandere secreta cœ-li. Rogat itaq; deum: vt nesciamus vulnera corruptionis. O (Iesu co-rona virginum) (quem) scilicet mater illa mirabilis (concepit) scilicet sancta Maria, quę sola mater inter alias, virgo parturit tu clęmens acci-pe (hęc vota nostra) idest preces. ¶ Nõ potest concepit de ratione carmi-nis, nisi concipit. vt annotauit Antonius.

Sacrata nõ secre-ta legit Antoni⁹.

Qui pascis inter lilia
Septus choreis virginum:
Sponsas decorans gloria:
Sponsisq; reddens premia.
Quocunq; pergis virgines
Sequuntur atq; laudibus:
Post te canentes cursitant:
Hymnosq; dulces personãt.

¶ Qui pascis) idest delectaris (in-ter lilia) idest bona opera (septus) idest circũdatus (choreis) idest or-dinibus (virginũ) & es (decorãs) idest coronãs (sponsas) gloria: & reddens sponsis premia. ¶ Quocũq;) idest ad quemcũq; lo-cum pergis: illę virgines sequũtur te (atq; canẽtes cursitãt) idest cur-runt post te laudibus (& personãt dulces hymnos) idest laudes.

¶ Et quia virgines psonãt tibi laudes (depcamur te adauge largi⁹).i. augmenta amplius (nostris sensibus. & da prorsus).i. omnino (nobis omnibus nescire vulnera corruptionis.

Te deprecamur largius:
Nostris adauge sensibus:
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

Carmen est quale illud nocte surgentes. Canitur sicut superius in festis sanctarum virginum.

¶ Materia huius hymni est canere deo laudes & sequi vestigia eius. nam cõmemoratio sanctarum virginũ agitur in isto hymno.(O proles).i. o fili Marię v̄ginis. & (ó opifex) idest creator (mr̄is quem) scilicet te virgo) Maria (gessit).i. portauit (virgo) scilicet Maria (peperit).i. parturit. nos (canimus festum virginis tropheum).i. victoriam & ideo (accipe).i. suscipe (votum) idest preces nostras.

Virginis proles opifexq́ꝫ matris;
Virgo quẽ gessit peperitq́ꝫ v̄go:
Virginis festũ canim⁹ tropheũ:
Accipe votum.

¶ Hec tua virgo) est (beata duplici sorte) idest castitate v̄ginitatis & martyrio (dum gessit) idest desiderauit (domare) idest macerare (fragilem sexum).s. fœmineum: qui sexus fragilis est. & illa (domuit).i. deuicit (cruẽtũ) i. sanguinolẽtũ vl' crudelẽ (sæclũ).i. diabolũ corpe.

Hæc tua virgo duplici beata
Sorte dũ gessit fragilẽ domar̄:
Corporis sexũ domuit cruentũ
Corpore sæclum.

¶ Vnde qa domuit fragilẽ sexum. idest corpus suũ (nec) pro non (& nõ fuit pauescens).i. timens mortẽ nec sęua gñra pœnarꝫ (nec fuit amica mortis).i. diaboli vel peccati. & ideo (sãguine fuso) i. cõsumato martyrio. ipsa v̄go (meruit scãdere) i. ascendere (secreta cœli) i. ad cœlos.

Vnde nec mortem nec amica mortis
Sęua pœnarꝫ genera pauescẽs;
Sanguine fuso meruit secreta
Scandere cœli.

¶ Et qa meruit scandere cœlũ (o alme deus parce iã culpis) i. pctis (obtẽtu).i. pce vel or̄one (hui⁹ v̄ginis) vitia remittẽs (q̄) p vt. vt nos (puri) idest casti resonemus (tibi almum hymnũ).i. canticũ.i. cantemus sanctã laudẽ (tibi).i. ad honorem tuum.

Huius obtẽtu deus almę nr̄is
Parce iã culpis: vicia remittens
Quo tibi puri resonemus almũ
Pectoris hymnnm.

Carmẽ est dimetrum iambicum aliqua ex parte cacometrũ Canitur ad horas vespertinas in natali continentium; quarum laudes prosequitur & auxiliũ multipliciter implorat.

Iesus ab

IEsus ab ore omnium
Collaudetur fidelium:
Qui fecit mentem fœminæ
Constantem in certamine.

¶ Hic hymnus dimetrus iambicus est. & aliqua ex Parte male mensuratus. ex eo qa syllaba ꝓ syllaba & pes ꝓ pede aliquãdo ponit. hoc aũt genere versus maxima pars hymnorum constat: vt ex eorum examinatione colligitur. & ex autoritate Antonij nebrissensis preceptoris mei qui pcæteris eorum naturam iam diu scrutatus est. Materia autẽ presentis hymni versatur circa laudes dei primum. & beatarum continentium. que relicto sæculo: & eius obletamentis: & illecebris spretis in dei seruitio tam fideliter quám efficienter permanserũt: fragilem sexum domãdo. Deinde earũ intercessionem apud deum petit: sed primo deus collaudatur: qui tantam constantiam eis pstitit(Iesus callaudetur) idest simul laudetur cũ timore, fide & dilectione(ab ore & etiam mente omniũ fidelium(qui fecit mentẽ fœminę). s. huius cuius solemnia celebramus (constãtem) idest perseuerantem fortem & virilem(in certamine) idest in pugna & victoria vitiorũ. i. peccatorũ, vel inimicorum. videlicet diaboli calidi. breuis sęculi. carnisqꝫ miserę. quę summopere obstant ad beatitudinem promerendam.

De. S. Maria egyptiaca.

Alma egypti filia
Negans terrena vilia:
Contempsit sæcularia:
Dilexit & cœlestia.

¶ Hic de Maria egyptiaca agit: dicẽs(alma filia egypti). i. beata Maria egyptiaca: q̃ licet primo ad mũdũ peccatrix extiterit. tũ per. xlvij. annos i heremo dolore pręcedẽtis vitę: arctissimã vitã duxit in pœnitentiã(negãs). i. paruipendens(terrena vilia). i. veluti vilia trãsitoria & caduca(cõtẽpsit). i. spreuit(sęcularia). i. omnia ista mundana pereuntia cursu velocissimo (& dilexit) . i. amauit(cœlestia) idest gloriam æternam, quam exquisiuerat pœtinentia.

De sancta Elisabeth.

Elisabeth sanctissima
Orta de stirpe regia:
Contempsit sæcularia.
Dilexit & cœlestia.

¶ Iste versus sanctę Elisabeth agit memoriã(Elisabeth sanctissima) bene sanctissima: nã a primęuo suę ętatis tẽpore in vera fide catholica fuit edocta(orta). i. nata(de stirpe regia). i. a genere regũ. nam illustris regis vngarorũ filia fuit(contẽpsit. s. pro xpo(sæcularia). i. regnũ & sęculi põpã(& dilexit cœlestia)quia ab incunte ętate (vt refert historia) sanctissime vixit.

Honorauit miraculis
Eam: nam a periculis
Multos saluauit dominus:
Huius beatę precibus.
Hanc oremus suppliciter:
Vt nos iuuet salubriter:

¶ Honorauit eã) . i. dñs eã clarificauit, & hoc mltis(miraculis) qđ ex eo patet(nã dñs saluauit). i. liberanit(multos a periculis) tã aię qꝫ corporis. & hoc(pcibus huius). s. beatę cõtinẽtis, cui⁹ solẽnia celebram⁹. ¶ Et qa taliter dñs eam clarificauit quod saluauit multos a periculis: ideo ad eius auxilium implorandũ cõuertimur(oremus suppliciter

Ne damnemur cum impijs
In aduentu iam iudicis.

deuote supplicem⁹(hanc).s. gl'iosā cōtinentē(vt iuuet nos salubriter) idest salutifere(ne dānemur).i. cōdēnemur cū impijs.i. cum cōdēnandis peccatoribus(in aduentu iudicis) quando venerit iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem.

Presta pater ingenite
Iesu cum sancto pneumate:
Vt eius sanctis meritis
Cœli fruamur gaudijs.

¶O pater ingenite) idest non genite: quia pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus(presta).i. cōcede &(o Iesu cū sancto pneumate) idest cū spiritu sancto (presta) etiam, vt meritis sanctis huius beatę continētis(fruamur gaudijs cœli).i. gloria paradisi. Amen.

Carmen est quale superius. Canitur in eadem festiuitate: ad matutinas horas & in eadem materia versatur.

Nouum sydus emicuit
Error vetus conticuit:
Nouo splendore rutilat.
Plebs nouas laudes iubilat.

¶In presenti hymno inuitatur ecclesia catholica totaq; fidelium cōcio ad persoluendas deo nouas laudes ꝓpter egregias huius gloriosę continētis virtutes: eiusq; intercessionibus petit nobis veniā & gratiam concedi.(Nouum ergo sydus) idest hæc beata continens: cuius hodie anniuersarius celebratur dies vel eius opera, puta humilitas, paupertas spontanea, obedientia, patientia, & mundi contemptio: quibus ipsa tanq̄ nouum emicuit sydus. sunt nanq; egregia sanctorum opera posteris imitanda sydera quędam spiritulia rutilo splendore corruscātia: quib⁹ in hac lachrymarū valle illuminemur(emicuit) idest apparuit in hac beatę. N. conuersione(error vetus) idest veteris legis(cōticuit(idest tacuit in ea &(rutilat.s.sydus).i. splendet(nouo splendore) idest noua luce. scilicet legis nouę. Et propterea(plebs iubilat) idest cum iubilo ꝓfert (nouas laudes) idest noua cantica in hac festiuitate continentium. poteris etiam dicere nouum sydus.i. hęc beata. N. tanq̄ nouum sydus post cōuersionem.

In crucis nunc preconia
Linguam saluat ecclesia:
Noui preconis gloriā
Promat sperando veniam.

¶Dico q̄ plebs iubilat nouas laudes in hac festiuitate(in cuius preconia).i. ad cuius preconia & laudes proferendas (ecclesia saluat) idest disponat linguam ad cantandum &(promat) idest manifestet gloriam noui preconis. idest noui predicatoris christi. vel nouę continētis. & hoc(sperando veniam) scilicet delictorum per intercessionē eius. (Noui preconis) idest noui ꝑdicatoris christi, videlicet huius beatę continentis. non enim minus fœmina q̄ vir potest esse preco. & dn̄r ꝑcones: qui ore publice denunciant qd̄ est faciendū. q. precinentes & ante annunciantes quod facto opus sit. Verg. Victorem Aeneas preconis voce cloā thum

thum declarat. vnde & humanarum laudum precones dicuntur qui res egregiæ gestas ab hominibus diuulgant. Habetq; hoc nomen fere semp actiuam significationē: licet hoc in loco passiue sumatur: siqnidem eam significat quæ ob excellentiam virtutū egregiis meretur excelli pconiis.

Dies solemnis agitur
Dies salutis colitur:
In quo spes quæ ꝓmittitur
Hac attestante redditur.

¶ Dies solēnis agitur) i. celebratur & (dies salutis colitur) idest veneratur (in quo spes).s. veniæ (q̄ promittitur) .s. nobis (redditur).i. donatur hac. scilicet beata contine te (attestāte) idest promittente, vel intercedente pro nobis.

De Maria ægyptiaca.

Ergo beata famula
Quæ celsa tenes sæcula:
Christo corregnās veniam
Nobis poscas & gratiam.

¶ Ergo o beata famula) idest beata serua christi (quę tenes).i. possides (sęcula celsa). i. cœlestē patriā (corregnans) idest. simul regnans (christo).i. cū christo (poscas nobis veniā).s. delictorū in futuro & gratiā.s. bene gerēdę vitę in p̄senti.

De. S. Elisabeth.

Ergo tu dei famula
Elisabeth per sęcula:
Christo corregnans veniam
Nobis poscas & gratiam.

¶ Ergo tu o Elisabeth famľa dei corregnās) idest simul regnās (per sęcula) cum christo: poscas nobis veniā & gratiam: vt supra dixit præsens versus:

Presta pater ingenite. vt supra.

Ad virginem dei genitricem Mariam. Odi decolos tetrastrophos: cōposita per eūdem Petrum nuñez Delgado presbyterum.

Sancta Maria.

Virgo quę magnis meritis
coruscas.
Spirituū phœbo simul & dianę
Promis & mœstos facis inuenire
Prospera cuncta.
Ecce nos palmas madidosq;
ocellos
Tendim⁹ culpa misera parētis;
Alma declares iter ad beate
Gaudia lucis.
Regis ęterni faciem decoram
Poscim⁹ nostrū scelus auferentē
Virgo sctōꝝ speculū verēdum
(almam.
Quęsum⁹ defer pietate plena
Nato & humani gn̄is patenti:
Nos celebrātes pariterq; flamē
Numine trinum.
Fortiter clames miserere fili:
Supplices ores famulos gubernet:
Quisin⁹ mites populis & ampla.
Viscera pandit.
Laudib⁹ patrē celebrem⁹ oēs:
Gloria flamē resonetq; natū
Virgo quā matrē veneramur
Sit benedicta.

Ad eūdem præclarū virū ac. R. dn̄m. D. Hieronymū pinellum Hispalitanę academię præsulē dignissimū. Petri nuñez delgado pbr̄i. familiaris expositio in ꝓprios sctōꝝ hymnos.

Carmē est quale illud pange lingua. Canitur ad horas vespertinas in festo dulcissimi nominis Iesu. Cui⁹ laudes proseqtitur: ad idllud{q} celebrandum nos hortatur; vt in cœlis potestatem cætui copulemur.

¶ Superiori volumini lectores candidi vltra scholiorum additiones elucidationes{q} alias q̄sdā hymnos de nouo adiecim⁹ (vt intuētib⁹ videre erit) eos{q} ab his sanctorum ꝓprijs. iō dignū duxim⁹ expectiolari: vt suis locis appositis cum alijs & qualitatis & materię eiusdem coniungerētur. quæ omnia qua potuimus breuitate fecimus: & nunc denuo in quibusdam quę nobis temporis ratio elimare suadebat castigata impressoribus tradenda curauim⁹. Reliquū est vt simili compēdio scholiola quędam & ea quidem familiaria in proprijs sanctorū hymnis perstringamus. Atq{z} hāc corporis partem ab hymnis mira sublimitate & cādore refertis: qui in dulcissimi nominis Iesu anniuersario festo decantari solent: exordiamur. Nec enim immerito de eo siquidem scriptum est. Actuum. iiij. Non est aliud namē sub cœlo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. &c̄. Horū igitur primus est gl'iosi saluatoris. In quo hymnographus incitat in primis ecclesiā. i. xp̄i fideles ad decantāda p̄conia & excellentiā nominis Iesu: cuius laudes prosequitur: dicēs: q{p} est dulce, gratum, ineffabile, effugās dęmonia. &c. Hortatur denique omnes vt cernui tam præclarū nomen veneremur: quatenus per illud supernorum ciuium consortio copulari valeamus. (Mater igitur ecclesia (quæ digne & perfecte colit deum: quoniam vt scribitur canticorum. iiij. Tota pulchra est amica mea: & macula non est in te (pulchra roris). i. pulchritudinis & gratię cœlestis.). i. spūs sancti. iuxta illud cāti. v. caput meū plenū est rore (pādat). i. ꝓmat & cātet (nūc). i. in

preconiū hoc festo anniuersario (p̄conia. i. p̄dicationē seu ꝓnūciationē. Et nota q{p} p̄coniū proprie est ipsa p̄conis vox: tamen q̄a a p̄cone res gestę pronunciari solēt: ideo quādoq{z} pro laude fama & gloria sumitur a genealogia: virtutibus corporis & fortunę (nominis) quod est Iesus. quod omnis qui inuocauerit saluus erit. vt scribitur ad romanos. x. Neq{z} enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.

Nomina in osus. Actuū. iiij. (saluatoris gloriosi) idest pleni gloria. nomina enim in osus. habitationem siue copiam & plenitudinem significant. (Quæ) scilicet p̄conia & pronūciatiōes (latent) quia secreta & abscōsa fuere (in corde) idest mente (genitoris). i. dei patris omnipotētis (ante sæcula) idest ab initio & ante mundi constitutionem. latebat nāq{z} nomen nostri saluatoris in mēte diuina donec ab angelo diceretur. Lucę primo. & vocabis nomen eius Iesum. &c̄.

> Gloriosi saluatoris
> Nominis preconia:
> Quem in corde genitoris
> Latent ante omnia sęcula:
> Mater cœli plena roris
> Pandat nunc ecclesia.

Dulce. ¶ Incipit iam recensere excellentiā nominis Iesu: dicēs. (Nomē istud) scilicet Iesus (est). scilicet dulce. i. suaue: quod ad delicio quidam de-

> Nomen dulce: nomen gratum
> Nomen ineffabile:

Dulcis Iesus appellatum,
Nom en delectabile:
Laxat pœnas & reatum;
Nomen est amabile.

ducunt: q dulcia maxime alliciant (est etiam nomē gratum) idest gratisoum. Gratus dicitur: qui gratiā pro benificio refert. quandoq; gratus sumitur pro lęto: sicut ingrat⁹ sumit̄ p tristi. Vergilius. Et cineri ingrato supma ferebant. idest tristi (& nomen ineffabile) idest inenarrabile. hispanice enim ineffabilis: & hoc ineffabile dicit̄. lo que no se puede hablar. Nota tamen q dei nomē & deum ipsum dicimus ineffabilem: non quia non possit dici quod est fari: sed qa finiri sensu & intellectu humano nullatenus possit: & quia de eo nihil digni dici potest (appellatū) idest vocitatum. Matt. i. (dulcis Iesus) quod interpretatur Saluator. appositiue (nomen delectabile) idest delectationem afferens: & hoc. s. nomē (laxat) idest remittit pœnas. idest supplicia p peccatis debita. Dicta pœna teste Varrone a pendēdo: quia est supplicium: quo quis ob delictū afficitur (& reatum) idest culpam: siue vt dicūt Theologi obligationem ad pœnam. ideoq; est nomen amabile.

Gratus. Vergili⁹. Ineffabilis dicitur deus: & quare. Pena. Varrōe.

Hoc est nomen adorandum:
Nomen summę glorię:
Nomen semper meditādum
In valle miseriæ:
Nomen digne venerādum:
Supernorum curiæ.

¶ Sequitur (hoc nomen est adorandum) idest debet adorari veluti nomen eius, cui debetur perfecta adoratio: quia solus deus est adorādus iuxta illd̄. Lucę. iiij. Dn̄m deū tuū adorabis. &c̄. est etiam (nomē summę gloriæ) idest magnę gloriæ: qa illi danda est gloria: iuxta illud. p̄s. cxiij. sed nomini tuo da gloriam. (nomen etiam meditandum) idest medio animo versandū: hoc est cogitandum. meditari nāq; licet in alias significationes descendat, hoc pri significat. Vnde Hieronymus. ex hoc loco intelligimus non solum Herodem: sed sacerdotes & scribas necem domini fuisse meditatos (semper) idest in omni tempore (& hoc in valle miseriæ (idest in hoc mundo: qui lacus & vallis miseriæ est. vnde est illud. p̄s. xxxix. Eduxit me de lacu miserię & de luto fęcis. Est etiam hoc nomen. scilicet Iesus (semper venerādum (idest colendum. nam licet venerari proprie sit veniam orare. tamē sumitur pro colo, sicut coio pro veneror. Vergilius. Sūme deū sancti custos colaris Appollo: quem colimus. idest veneramur: & non in merito est venerandum: quia Ephe. primo est supra omne nomen, quod nominatur: non solum in hoc sæculo: sed etiam in futuro (curiæ) idest collegio supernorum. silicet ciuium: & poterit esse curię datiuus: vt dtūs vel positus pro ablatiuo si venerandum est participium. Mar. diligeris populo non propter premia Cęsar.

Meditari Hirony. Vergili⁹. Marcial.

Nomen istud prędicatum
Melos est auditui:
Nomen istud inuocatum
Dulce mel est gustui;

¶ Prosequitur dicens: q nihil obstat quo minus istud nomen. scilicet Iesus sit venerādū: quandoquidē corporeos oēs reficit sensus & inplet

Iubilum et cogitatum
Spiritali visui.

implet nos omnes animi & corpo poris gaudimonium & suaue olentiã, inde capim⁹. inquit igit(nomẽ istud p̃dicatũ).s.popolis qbus debet p̃dicari iuxta illud Actuum.ix.& cõtinuo ingressus in sinagogã predicauit Iesum: quoniam hic est filius dei(est melos auditui) idest suauitas attrahens ad se auditum. Melos proprie dicitur cantus suauitas siue dulcis modulatio & priorem corripit. nam illud Pers. scilicet cãtare credas pegaseium melos per duplex. ll. debet scribi: vt stet versus, vt apud Vergi. Relliquias danaum. & hoc de auditu. Transit nunc ad gestum cuius obiectum est dulce vel amarũ. dicẽs(istud etiam nomẽ inuocatũ).s.a nobis vel in nr̃um fauorẽ: iuxta illud Iohelis.ij. Omnis q inuocauerit nomen dñi saluus erit(est mel dulce gustui) idest ad gustũ: hoc est attrahit ad se gustũ, velut mel obiectũ eius. Mel autẽ latinũ est a meli gręco non autem a melos aut a miscẽdo: vt quidam imperiti putant. Nomen etiam istud scilicet Iesus(cogitatum) idest mẽte conceptum. fit namq; iam trãsitus a sensibus corporis ad animum in quo etiam hoc nomen placidissimam sibi requirit mansionem. Cogito autem frequentatiuum verbum est a cogo cogis(quod ex cõ & ago abiectis a.&.u.coalescit) & significat in vnum colligere. Cice.tus.i. cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventiq; coguntur. referturq; proprie ad animum, vt quod in eo colligit proprie cogitari dicat(est iubilũ).i.singulare & inextimabile gaudiũ. vnde iubilare. teste Augustino: est. proprie gaudiũ verbis non passe explicare & tamen voce testari, quod corde conceptum est & verbis explicari nõ potest: inde est illud.i. Parali.xv. ducebant arcam fœderis domini in iubilo & sonitu buccinæ iubilare. hispanicę dicitur hazer alborbolas. iubilubilum vero aquellas mismas alborbolas(visui) idest nostrę animę vel intellectui(spiritali(sincopatum est ꝑ spirituali. visus proprie actus ipe videndi est: nam video ad animum transfertur: sicut cerno ad corpus.

Melos. Persius. Virgili⁹. Dulce vel amarum obiectũ gustus. Mel. Cogito Cicero Iubilum. Iubilare. August. Vide. Cerno. Exalto.

Hoc est nomen exaltatum
Iure superiori.
Nomen iure formidatum
Effugans dæmonia.
Ad salutem nobis datum
Diuina clementia.

¶ Hoc nomen. scilicet Iesus est exaltatum) idest in altum eleuatum iuxta illud. psal. cxlviij. iuuenes & virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. (exaltatum igitur) idest manifice laudatum: hoc nanq; per translationem significat exalto(iure superiori) idest diuina lege (& nomen iure) idest merito & ratione(formidandũ) idest timendũ. Deuterono.xxviij. timueris nomẽ eius gloriosum & terribile (effugans dæmonia) idest extra fugere faciens malignos spiritus. Marci.xvi. in nomine meo dæmõia eijcient. idest in virtute nominis mei(datum) idest concessum) nobis ad salutem) scilicet mentis & corporis: quia in nomine eius est nobis salus. Michee. vi. erit saius timentibus nomẽ suum: & hoc (diuina clęmentia) idest bonitate dei per quam viuimus, mouemur & sumus: & lex clęmentię in lingua eius. prouerbiorum.xxxi.

Nomen

¶Nomen ergo. concludit docens hoc nomen esse apprime venerandum: qm̄ si studiosus hoc est, virtute p̄ditus: est honorandus p se ethichorū.iij. multo magis oium virtutū vas & fons vberrimus quale est hoc nomen. ergo (nos cernui) .i. humiles cū reuerentia & genuflexiōe (veneremur) idest recolamus (tam beatum nomen) idest tāta beatitudine plenum: qa actuum.iiij. non est aliud nomē sub cœlo datū hominibus in quo oportet uos saluos fieri. &c̄. (sic firmatum) idest fixum (in corde). i. in animo nostro (sic) idest taliter (q non possit erui) idest a nobis separari (vt copulemur) redit causam: idest vt coniungamur per hoc (in cœlis) idest in gloria paradisi (cœtui) idest consortio (supernorum) scilicet ciuium. Coetus autē nec te lateat lector cū.œ. dihpthongo scribitur a coeundo. idest in vnum cōueniendo. sine dihpthōgo vero piscis marinus & cete indeclinabile dicit.

Studiosus per se honorandus.

Nomen ergo tam beatum
Veneremur cernui
Sit in corde sic firmatum
Quod non possit erui;
Vt in cœlis potestatum
Copulemur cœtui.

Sit diuinæ maiestati
Virtus & potentia.
Detur summę trinitati
Honor laus & gloria:
Semper tamen vnitati
Par sit reuerentia.

¶Sit diuinę. &c. gratiarū actio est virtus & potentię sit diuinæ maiestati) .i. diuino numini (& honor, laus & gloria detur trinitati summæ) idest deo trino.) & reuerentia par) idest æqualis (sit semper vnitati) idest vni deo per immensa sæculorum sęcula. Amen.

Coetus. Cetus.

Carmen est quale illud exultet cœlum. Canitur in eodem festo dulcissimi nominis Iesu: ad horas matutinas eius laudes prosequitur: & auxilium implorat. Horū autor creditur esse Augustinus in iubilo.

NOmen Iesu magnificū;
In aure dulce canticum;
In ore mel mirificum.
In corpore nectar cœlitum.

¶Presēs hymn⁹ in tres principales ptes diuidit, q tria facit. In prima parte mira depingit gloriosi nominis Iesu laudes. In secunda conuertit sermonem ad nominatū redemptorem Iesum: petitq; vt ipse qui est spes nostrę suspirantis animę: auferat nubem tristitię: donecq; lucem gloriæ. In tertia deniq; p re petita: ac si esset cōcessa reddit gratias deo: dicēs. tibi Iesu sit gloria. &c. dicit igitur (Nomen iesu magnificum) idest magnificę glorię. vnde est illud. ij. Petri. i. Voce delapsa de cœlo huiuscemodi a magnifica gl'ia. &c. scilicet (dulce canticum in aure) idest dulcedine eius allectas attrahit ad se aures, quando videlicet laudamus nomen dei cum cātico & magnificamus eum in laude. ps. lxviij. (Et nomē Iesu est mel mirificum) .i. excellentissimū (in ore). s. fidelium) & est nectar cœlicum) idest dulcedo & cœlestis potio

ij. Petri. i.

ſtis potio(in corde)ſcilicet noſtro, & vt in ſumma dicam dum nomen Ieſu cogitatur, eſt cœlicum nectar in corde. dum pronunciatur mel mirificum in ore. dum auditur dulce canticum in aure veluti proprium eorũ obiectum. pro quo ſciẽdum ꝙ nectar non dicitur a nectendo ꝙ linguam (vt multi volunt) nectat: ſed eſt nomen grecum, & proprie ſignificat potum deorum ſicut Ambroſia dapes eorum. Vergi. de liuore. Aut tradat Ganymedes ipſe nectar. Nõ ſomnum capit aut quieſcit vnꝗ. hoc etiã nomine immortalitas deſignatur. vnde nectareus ꝓ diuino & immortali.

Nectar. Vergili. Nectareus.

Nil canitur ſuauius:
Auditur nil iucundius:
Nil cogitatur dulcius:
Quam Ieſus dei filius.

❡ Proſequitur laudes dicens(nil) ideſt nulla res(canit̃ ſuauius).i. maiori ſuauiloquentia & delectatione. eſt enim nomen dei ſuaue iuxta illud. pſal. cxxxiiij pſallite nomini eius: quoniã ſuaue eſt(nil auditur) ideſt auribus repreſentatur(iucũdius).i. quod magis iuuet aures & (nil cogitatur).i. mente concipitur(dulcius)quia dulcis & rectus dominus. ps. xxiiij. (quam Ieſus filius dei) ſic enim paterna teſtatur vox. Mat. xvij. hic eſt filius meus dilectus. &c̃.

Hoc nomen ardet dulciter:
Dulceſcit mirabiliter:
Sapit delectabiliter:
Delectatq; fœliciter.

❡ Hoc nomẽ. ponit aliquas glorioſi hui⁹ nominis proprietates: dicẽs qđ(hoc nomẽ)ſ. Ieſus(ardet dul.) ideſt ardere facit corda fidelium: iuxta illud nonne cor noſtrum ardẽs erat in nobis de Ieſu dum loque, in via? & facit eos ardore charitatis ĩcendi in proximos dulci eos amore proſequendo: quia vt inquit apoſto. charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. &c̃.(dulceſcit mirabiliter)ideſt dulce fit mirũ in modũ &(ſapit) ideſt dat ſaporem guſtui & animæ noſtræ. eſt enim methaphora ſumpta a cibis corporeis(delectabiliter).i. maxima cum delectatione(ꝙ)pro &(delectat)ideſt delicias ginit in nobis: eius nanq; delic e ſunt eſſe cum filijs hominum)fœliciter).i. cum omni plenitudine fœlicitatis.

O tribus caſib⁹ iũgi ſolet. Perſius. Cicero.

O beatum incendium:
O ardens deſiderium:
O dulce refrigerium:
Excedis omne gaudium.

❡ O particula tribus caſib⁹ iungi ſolet. noĩatiuo: vt o mos antiquus Perſius. O vos patricius ſanguis. &c. Actõ: vt Cicero. O fortunatã natam me conſule romam. Vocatiuo: vt Perſius. O iane á tergo. Vir. O reginam nouã cui cõdere Iuppiter arcẽ. Sed nota teſte Valla ꝙ tũc vehementem excandecẽtiã & iram ſignificat cũ actõ iungitur(O igitur beatum incendium).i. o Ieſus beatus ignis quo nos dei & proximi amore incenſi ad beatitudinem prouocamur & (o deſiderium ardens) ideſt fide & charitate: & ſpiritus ſancti nos igne ardere faciens. ardentes nanq; & non tepidos in fide nos eſſe oportet: nã tepidos ex ore ſuo ſe euomere dicit ſaluator apocalypſeos. iij. (excedis tu ſubaudi ó Ieſus).i. ſuperas (omne gaudium).i. gaudimonium & delectationem.

Deus tepidos euomet:

Ieſu redem

Iesu redemptor optime.
Spes suspirantis animæ
Pellens nubes tristitiæ
Nobis da lucem gloriæ.

¶Iesus redemptor. hęc est secunda pars pręsentis hymni: in qua petit a redemptore nostro Iesu nomine: vt pulsa nube tristitię: det nobis lumen glorię: dicens.(O Iesu redemptor optime) optimus fuit redemptor: quia vt scribitur ad hebręos.ix. suo proprio sanguine nos redemit: appositiue(spes animę).s. fidelis(suspirantis)idest ad te tanq̃ ad consolationem & remedium in tribulationibus suspiria mittentis(da nobis) idest concede(lucem)idest claritatem(glorię).s. cœlestis & hoc (pellēs) idest expellens prius(nubem)idest obscuritatem(tristitię) idest peccati: nam veluti homines tristes tenebricosum & absconditum pręseferūt vultū: ita peccatū obscurā reddit aīam: & ante acta opa bona mortificat.

Tibi Iesu sit gloria
Honor virtus victoria
Salus decus imperium:
Et nūc & in perpetuū. Amē.

¶Agit in hac vltima parte gratias deo: vt supra diximmus ꝓ repetita dicēs. ó iesu glo. sit tibi & etiā. s. sit (honor & virtus) iuxta illud apocalypsis. vi. bñdictio & claritas & sapiētia & gratiarum actio, honor virtus & fortitudo sit deo nostro in sęcula sæculorum. Amen.

Carmen est quale illud aue maris stella. Canitur in eodem festo ad laudes matutinas. Immensam dulcissimi nominis Iesu virtutem describit.

IEsu fili dei
Nomen singulare.
Nomen sanctę spei:
Nomen salutare.

¶In pręsenti hymno intēdit autor quicunq̧ fuerit describere huius gl'iosi nominis Iesu singulares effectus, virtutem, primatum & excellētiam: veluti de eo, de quo scriptū est actuum. iiij. Non est aliud nomē sub cœlo datū hominibus sub quo oporteat nos saluos fieri: nisi in nomine Iesu. dicit igitur. ó(Iesu fili dei) sic appellatus est ab homine illo ab spiritu īmundo oblesso. Marci. v. quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? appos.(nomē singulare) idest excellens hoc aūt nomē singularis & .e. á singulus dr̄: & singulus, q. sine angulo: ꝙ eaquę vnica sunt nequeāt cōstituere angu:ū ꝑ quod significatur vnicū & excellens & famatissimum tam in bonam partem q̧ malam: in bonā vt hic. in malam apud Apud Ciceronem pro silla. Me singulari immanitate & crudelitate preditum (nomen sanctę spei)idest per quod speratur & datur omne quod bonum est & (nomen salutare) idest salubre, vel sanitatem conferens: vt puta nomen Christi Iesu: qui salutare dicitur. Lucę. ij. Quia viderunt oculi mei salutare tuum: & alibi: & videbit omnis caro salutare dei, idest christum.

Singula-

Cicero.

Prosequitur

Cibus medicina
Lux est Iesu nomen:
Seruans a ruina
Donansq; solamen.

¶Prosequitur dicēs q nomē istud scilicet Iesus (est cibus) idest cibarium vere reficiens mentem. veluti cibus materialis reficit corpus: vt puta nomen illius pueri Iesu: qui Ioan. vi. dixit. caro mea vere est cibus. & (medicina) idest medela & antidotum ad sanandum langores nostros: vnde est illud Marci. in nomine meo super ægros manus imponent & bene habebūt. & (nomē Iesu est lux) scilicet vera quę illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum: ne in peccatorum tenebras decidat (seruans) idest conseruans vel præseruans stantes ne cadant (a ruina) idest a peccati recidiuatione: per quam inanis efficitur anima deo (q;) p & (donans) idest concedens (solamem) idest cōsolationē: ne quis in aduersis oppressus desperet. Solamē autem magis est poeticum q oratorium: teste Valla. vnde Vergilius. solamenq; mali de collo fistula pendet.

Solamen. Valla. Vergili9.

Pascit cogitatum:
Predicatum lucet:
Lenit inuocatum:
Castas mentes fouet.

¶Dixit q nomen Iesu est solamen nec immerito: quia. s. (cogitatum) idest quandocūq; cogitationibus infigitur humanis (pascit) idest reficit cogitationē & (predicatum) idest cū predicatur (lucet) .i. splendet (& inuocatum) idest quādo inuocatur (lenit) idest mitigat castas mentes: vel (lenit) idest lene blādum & suaue est per se (& fouet) idest recreat, conseruatq; (mentes) idest animas (castas) idest puras & a peccato immunes seu purgatas.

Consolatur tristes:
Poenitentes saluat:
Confortat pugnantes:
Omnes morbos sanat.

¶Consolatur. &c. Ponit alios huius gloriosi nominis effect9: dicēs. q (cōsolat tristes) idest in aliq tristitia & calamitate positos pctōres (& saluat) .i. saluos facit (poenitentes) idest peccata sua plangētes per poenitētiam veram: quæ est preterita mala plangere: & plangenda iterū nō committere. & dico q saluat poenitētes: quia vt scribitur actuum. x. per nomen eius remissionem peccatorum accipient omnes qui credūt in eū. & (cōfortat) idest animat: accēdit, & fortes facit (pugnātes) .s. aduersus diabolū, carnē, & mūdū, tres aīæ inimicos: bellū gerētes & (sanat) .i. sanitati restituit oēs morbos .i. omes infirmitates, vel omnē languorem seu angorē .i. corporis & animæ cruciatū per remissionem peccatorum.

Penitētia. Aīę inimici tres.

Prestat cecis visum:
Et sermonem mutis:
Datq; claudis gressum:
Et auditum surdis.

¶Prestat. &c. Docet quādo sanat omnes morbos: dicens. q hoc nomen (prestat) idest confert (cecis) idest lumine orbatis, vel a natura ipsa, vel a casu (visum) idest lumē: facit vt videāt &. s. prestat (sermonē mutis) idest facit mutos loqui (q;) p & (dat) idest concedit (claudis) idest truncatis pedibus & eis non valentibus consistere (gressum)

Claudus vnde.

idest vt

idest vt faciat gressum hoc est vt ambulet. Et nota quod claudus dicitur quasi pedibus clausus. idest impeditus qui ex pedibus aut cruribus fœmoribusue varicatis non potest gressus facere. Et dat. scilicet (auditum surdis) idest facit surdos audire. quæ omnia in nomine Iesu discipuli faciebant. vnde est illud. Lucę. vij. cęci vidēt. surdi audiunt. claudi ambulant. &c. Surdus autem dicitur a sordibus quibus obtuse aures & in duriciē versę audire non sinunt: & tam actiue quam passiue sumitur. vt surdus sit qui non audit & qui non auditur. Iuue. Surda nihil gemeret graue buccina. inde a Plinio. surdæ herbæ appellātur: quarum nomina non sunt. non enim audiuntur cum sint sine nomine: nosque etiam ipsi absurdum dicimus dictū quando tale nunquam est auditum. Surdus vnde. Iuuenal. Plinius.

Nomen reuerendum
Suscitat defunctos:
Nomen expauendum
Liberat obsessos.

¶Nomen. &c. prosequitur dicens: quod hoc (nomen. s. Iesus reuerēdum) idest maxima veneratione dignum quia donauit illi nomen: vt scribitur ad philipēses. ij. quod est super omne nomē: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestriū & infernorum (suscitat) idest surgere facit a morte (defunctos). i. functos vita. hoc est mortuos. nā vt dicimus defunctus officio pro eo quod suo officio est perfunctus: ita defunctus quoque vita dicitur: qui vitam finiuit. teste Laurētio) nomen expauēdū) idest timendum: iuxta illud quod prędixerat Dauid. ps. ci. timebunt gētes nomē tuū domine (liberat) idest dissoluit (obsessos) scilicet homines a pręssuris & ab angustia diaboli. iuxta illud. Mar. xvi. in nomine meo dęmonia ejicięt. &c. Defunct. Laurēti.

Quod a genitoris
Pietate datur:
Hoc in saluatoris
Nomine petatur.

¶Declarat tātam esse huius gloriosi nominis dignitatem vt in eo petatur quicquid a patre petendū sit iuxta illud. quicquid petieritis patrem in nomine meo: dabit vobis: & illud eiusdem Ioannis cap. xvi. in illo die in nomine meo petetis. hoc igitur petatur (bonum consilium est (in nomine saluatoris) idest Iesu nostri redemptoris (quod datur) idest si quid volueritis dari. & concedi (a pietate genitoris) idest dei patris omnipotentis.

Sit laus trinitati
Salus atque virtus:
Compar vnitati:
Honor; laus & decor Amē.

¶Sit ergo laus trinitati) idest deo trino (salus atque virtus compar). i. ęqualis (sit vnitati) idest vni deo: & honor. scilicet compar lux & decor. Amen.

Carmē est dimetrum iambicum cacometrum: hoc est male mensuratum. Canitur in dedicatione ecclesiæ. Rogat deum vt in hoc templo mereamur acquirere æterna bona: & cum suis sanctis perēniter possidere.

Urbs beata Ierusalem
Dicta pacis visio:
Quę construitur in cœlis
Viuis ex lapidibus:
Et angelis coornata
Vt sponsata comite.

In hac commemoratiõe cœlestis Ierusalem autor laudat deum: qui in hoc sacro templo infundit iugiter suam benedictionem. quapropter rogare debemus, vt in hoc tẽplo sancto suo omnes ꝓmereamur acquirere ęterna bona: & adepta cum suis sanctis peremniter possidere. (Ierusalem beata vrbs) idest ciuitas cœlestis constituta, vel constructa de animabus sanctorum qui sunt viui lapides (est dicta) idest interpretata visio pacis (quę) Ierusalem (cõstruitur in cœlis viuis ex lapidibus) idest sanctis animabus sanctorum quę sũt viui lapides. illa dico (coronata) scilicet angelis (vt spõsata) idest sponsa (comite sponso) idest sicut mulier ornata est viro. idest spõso. ita eccclesia christo.

Noua veniens e cœlo
Nuptiali thalamo:
Præparata vt sponsata
Copulatur domino:
Plateę & muri eius
Ex auro purissimo.

Ista (noua sponsa) idest sancta ecclesia (veniens e cœlo) idest christo ista dico (preparata nuptiali) idest virginali (thalamo vel lecto) idest thalamo baptismatis (vt) ꝓ sicut sponsata copuletur. idest coniũgatur (domino plateę) idest vię. scilicet perfecte ambulantes in vijs domini (& muri) idest prędicatores illius spõsę sunt (ex auro purissimo) idest splendore sanctorum: qui splẽdidi efficiuntur: vt aurum purissimum.

Tunsionibus pressuris
Expoliti lapides:
Suis coaptãtur locis
Per manus artificis.
Disponuntur permansuri
Sacris ędificijs.

Sicut lapides in muro. ita aïę sanctorũ ordinatę sunt i gloria.

(Lapides) idest sancti martyres (expolliti) idest aptati ad ędificandum (tunsionibus) idest percussionibus & afflicti (p̃ssuris) idest tribulatiõibus. Sicut enim lapides in muro sunt ędificati: ita animę sanctorum sunt ordinatę in paradiso. (ꝙ) pro & (aptantur) idest ordinantur, vel disponuntur (suis locis per manus artificis) idest per manus filij dei. lapides dico (ꝑmansuri sacris ędificijs). i. cœlestib⁹ ędificijs.

Portę nitent margaritis
Aditis patentibus:
Et virtute meritorum
Illuc introducitur:
Omnis qui ob christi nomen
In hoc mundo premitur.

Portæ (scilicet illius templi (nitent) idest resplendent (margaritis) idest virtutibus (aditis) idest liminibus vel introitu (patentib⁹) idest apertis (omnis) scilicet christianus (qui ob christi nomen præmitur) idest cruciatur (in hoc mũdo) idest in hoc seculo (introducitur illuc) idest in cœlestem Ierusalẽ (virtute meritorum) idest bonorum operum suorum.

Additio.

Additio. Adyta sunt secretiora templi loca: quę adire non licet nisi summo põtifici.ij. Vergi. Enę. hisq; adytis hęc tristitia dicta reportat. hoc Seruius ibidẽ sentit: & dicitur ab. a. gręce. qđ est sine & dys qđ est ingredior, quasi in accessibile. templorum ergo penetralia dicuntur adyta: sicut ianuę valuę. inde est dimunitiuum adyticulum. Adyta & vnde. Vergili⁹.

Angularis fundamentum
Lapis Christus missus est:
Qui compage parietis
In vtroq; nectitur:
Quem sancta Syõ suscepit:
In quo credens permanet.

¶ Christus dicitur lapis angularis: quia a iudęis fuit reprobat⁹. vnde Dauid. Lapidem quem reprobauerunt ędificantes. &c̃. Tamen duos populos in vnum contiñxit. s. iudaicũ & gentilẽ (q). s. christus fili⁹ perduxit eos ad æternam beatitudinẽ summi regis. i. dei patris (fundamẽtum) totius ecclesiæ (missus est a patre) vel est factus (lapis angularis) qui lapis (nectitur) idest coniungitur (compage) idest coniunctione (parietis in vtroq;) idest in duobus populis. s. in iudaico & gentili (quem scilicet christum Syon suscepit sancta) Syõ interpretatur ecclesia: vel speculato (in quo (. s. christo vel ecclesia (credens) idest christianus qui credit (permanet) idest firmiter stat. s. in fide sanctæ ecclesiæ.

Omnis illa deo sacra
Et dilecta ciuitas:
Plena modulis in laude
Et canoro iubilo:
Trinum deum vnum quoq;
Cum fauore prędicat.

¶ Omnis illa ciuitas) idest ecclesia militans (deo) idest ad honorem dei est (sacra) idest sacrata (& dilecta) idest amata a deo (plena modulis) idest cantilenis angelorum (in laudem dei & canoro) idest cantu. (vel canore iubilo) idest dulci exultatione. Iubilus est gaudium illud quod est interius in homine quod omnino non potest proferri. nec omnino tacetur. scilicet præ animi exultatione. & sacra ecclesia prędicat (trinũ deum (scilicet in personis (quoq;) pro & vnum in substantia vel essentia (cum fauore) idest cum prece. Syon.

Hoc in templo summe deus
Exoratus adueni.
Et clementi bonitate
Precum vota suscipe;
Largam benedictionem
Hic infunde iugiter.

¶ O summe deus exoratus) scilicet a nobis. idest tu deprecatus (adueni) per gratiam (in templo) idest in ista ecclesia (& suscipe vota) idest preces vel orationes deuotas (precantum) idest rogantium (clemẽti bonitate) idest tua pietate (infunde) idest immitte (iugiter). i. perennniter vel assidue (largam benedictionem.

Hic promereantur omnes
Petita acquirere:
Et adepta possidere
Cum sanctis perennniter.

¶ Hic) scilicet in sacra ecclesia. vel hic. i. in isto loco. cõgregatio oĩum fidelium vel omnes fideles (promereãtur) idest mereãtur (acquirere) idest adipisci & obtinere (petita) i. iustas & sanctas suas petitiones.

 & merean

(& mereantur possidere) idest retinere (peremniter) idest perpetuo (adepta) idest precibus suis acquisita: & mereātur (introire) idest ingredi (paradisum) idest cœlum (cum sanctis, iustis, fideles dico (translati (in requiem) idest gaudium sempiternnm.

Paradisum introire
Translati in requiem.

Carmē est saphicum endecasyllabum mixtum adonico quale est illud nocte surgentes. Canitur ad horas nocturnas in festo dedicationis almę ecclesiæ Hispalēsis. Intendit autor rogare deum; vt cōseruet nos intra hoc templum eius honorem celebrātes.

¶ Materia gl'osissimi hymni p̄sentis est agere de dedicatione templi Hispalensis ecclesię & laudare deū: a quo petit ecclesia in persona totius populi christiani. vt velit infundere suam benedictionem & gratiā intra templum hoc. vt quicūq̧ beneficia petiturus ingressus fuerit: se impetrasse lętetur. Narrat etiam quę commoda nobis proueniant ex hoc templo: dicēs. q̧ hic sumitur sacrosanctum corpus christi & haustū sui p̄ciosissimi sanguinis. & q̧ sacrosancti latices veternas abluūt culpas: & complura alia quę indicabit litterę p̄sentis discursus. inquit ergo.

Christe cūctorum dominator alme:
Patris æterni genitus ab ore:
Supplicū vota pariterq̧ hymnū
Cerne benignus.

(O christe alme dominator cunctorum) scilicet hominum vel cunctarū rerum dominus: quia creator (genitus ab ore) idest a mēte patris ęterni. vnde Claudius in Rufinū. Vox summi sensusq̧ dei quē fudit ab alta Mēte pater tantiq̧ dedit consortia regni (tu benignus) idest qui benignus & pius es (cerne) idest inspice. misericordes oculos tuę pietatis ad nos cōuertendo vota (q̧) pro & (hymnum) idest laudem cum cantico (supplicum) idest humilium seruorum fidelium. ¶ Non inficias eo candide lector in hoc hymno & in sequentibus quasdam syllabas breues pro longis inueniri. quas scienter pretermissimus, nec contra vsum ecclesię ageremus. quandoquidem sacris parcendum est. quosdam etiam ex pręcedētibus sine carminis qualitate ptermissimus: quia sunt eiusdē qualitatis cum prępositis sibi coniunctis.

Claudianus.

Cerne quo puro de⁹ in honore
Plebs tua supplex resōet ī aula
Annua cuius redeunt colēda
Tempore festa.

¶ Cerne dico ō deus) idest tuo nos fauore psequere (quo) p vt (plebs tua supplex) idest hūilis (resonet) i. modulatū cāticum reddat vel representet. Vergi. resonat plangoribus æther. i. repręsentat plan. (in honore puro) idest tibi debito: & hoc (in aula tua) idest in tēplo tuo (cuius festa annua) idest quę singulis annis solent fieri (redeunt) idest adueniunt (colenda) idest celebranda (tempore) s. isto, idest hodiernę festiuitatis die.

Vergili⁹.

Hæc do

Hæc domus rite tibi dedicata
Noscitur in qua popul⁹ sacratū;
Corpus assumit: bibit & beati
Sanguinis haustum.

¶ Hæc domus) idest hec ecclesia siue templū(noscitur) idest cognoscitur(dedicata tibi) idest cōsecrata(rite) idest recte(in qua po.) scilicet christianus (assumit corp⁹ tuū sacratum) & bibit haustum) idest poculum(beati sanguinis tui) hoc. n. pro memoria suę passionis & animarū remedio fieri pcepit. dicēs. Ioan. vi. nisi manducaueritis carnē. &c̄.

Hic sacro sācti latices veternas
Diluūt cl'pas: perimūtq; noxas
Chrismate vero genus; vt creet
Christicolarum.

¶ Prosequitur explicans beneficia (sacrosancti latices) idest sacratæ aquę baptismi latex. omnis liquor potest dici latex. & est aqua subterranea latēs in venis terre. Lucanus iiij. occultos latices obstrusaq; flumina quęrunt. latex etiam dicitur vinum a latēdo: quia latet in vasis siue in vite. Vergi. laticemq; lieum. &c̄. (deluunt) idest abluūt(hic) idest in hoc templo (culpas veternas) idest peccatum vetus originale tractū ex semine Adę(q;) idest &(perimunt) idest extingunt(noxas) idest culpas(vt nouum genus christicolarū creetur) idest ex aqua baptismi regeneretur(chrismate) idest vnctione(vero) idest nouę gratię. e. in chrisma te vitiose corripitur.

Latex.
Lucanus
Vergili⁹.
Chrisma interp̄tat̄ vnctio.

Hic salus egris: medicina fessis
Lumen orbatis veniaq; nostris
Fert̄ offensis: timor atq; mœror
Pellitur omnis.

¶ Prosequitur dicens. q̄ etiā in hoc templo(fertur) hoc est datur(medicina) hoc est remedium corporis & animæ(fessis) hoc est languidis & infirmis, & in fide christi vacillantibus. & etiam datur(lumen orbatis) .i. cecis & obstinatis in peccato. & etiam(fertur venia nostris offensis) idest nostris culpis & (omnis timor atq; mœror pellitur) idest repellitur in hoc templo,

Demonū sæua: perit hic rapina
Peruicax monstrū pauet & retentat:
Corpa linquēs: fugit ī remotas
Ocyus vmbras.

¶ Bene datur hic salus & medicina fessis: quia etiam(perit hic) idest deficit (sęua rapina demonum).i. diabolorum. nam aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit quęrens quem deuoret (& nostrū peruicax) idest diabolus pteruus obstitatus & importunus (pauet hic) idest timet(& retentat) idest retrofugit(& linquens corpora) scilicet hominum obsessorum vel peccatorum: quia per confessionem quę fit in hoc tēplo expellitur diabolus a corpore subdito peccatis(fugit ocy⁹) idest citius(in vmbras).i. tenebras(remotas).i. separatas & infernales.

Gloria summū resonet parentē
Gloria natum: pariterq; sanctū

¶ Et quia tot tantaq; beneficia ex hoc templo nobis proueniūt(gloria resonet) idest laudet(parentem summum) idest deum patrē omnipotentem

potentem. & (natum) idest filium eius (qꝫ) pro & nos omes (pariter modulemus) idest canamus (spiritum sanctum) dulci hymno (per omne euum (idest per omne sæculum. Amen.

Spūm dulci: modulem⁹ hymno
Omne per euum.

Carmē est quale superius in qualitate & materia. Caniturqꝫ in dedicatiōe eiusdē ecclię ad laudes matutinas.

¶ Materia pręsentis hymni est eadem cū superiori. scilicet: agere de dedicatione ecclesiæ: & de laudib⁹ huius præstātissimi tēpli. similiter diuinum auxilium petere. ibi quæsumus ergo deus: vt sereno annuas vultu. inquit igitur (hic locus) idest hoc templum pręstantissimum (vocitatur nempe) idest certe dicitur (aula) idest domus & basilica (regis immensi) idest omnipotentis dei (qꝫ) pro & vocitatur dico (porta niuei cœli (quę) scilicet porta. & debet esse relatiuum. alias nec versus, nec sensus staret: quoniam secundus pes saphici versus est spondeus. (accipit omes petentes) idest euntes ad patriam vitę. hoc est ad gloriam. vel petentes. quia teste Gregorio. peti vult cœlum. & rapi nostris fletibus. vnde est illud: petite & accipietis.

Gregori⁹

Hic loc⁹ nēpe vocitatᷣ aula
Regis imēsi niueiqꝫ cœli
Porta quę vitę patriam petētes:
Accipit omnes.

¶ Quē) scilicet locum ecclesię (nullus turbo) idest nulla perturbatio aëris: vel immundi spiritus: aut heresis (quatit) idest cōcutit: quia est solidata in lapide illo angulari: cui⁹ meminit Dauid. psal. cxxvij. est enim proprie turbo ventus vehemēs & volubilis opposita destruens. Lucanus auulsit laceros percussa pupe rudentes Turbo rapax. & tūc mittit genitiuum per. inis. & etiam quando accipitur pro instrumēto lusorio: quo maxime delectantur pueri. Virgilius in. vij. de amata. Ceu quōdam torto volitans sub verbere turbo. quando vero mittit genitiuū in onis. est propriū nomē gladiatoris celeberrimi. Hora. ij. ser. corpore maiorem rides turbonis in armis (aut venti vagantes non diruunt) idest nō destruunt (qꝫ) pro & (nec imbres) idest agmina aquarum (penetrant). i. perforant (imber) per secundam declinationem non legi. nisi forte imbri pro nimbi positum fuerit ante hac in hoc textu (nō tartarus piceus & horrens lędit) idest infestat & damnat: & hoc suis tenebris.

Turbo p inis. & onis.
Lucanus
Vergili⁹.

Turbo quem nullus quatit: aut vagantes
Diruūt vēti penetrātqꝫ imbres:
Nō tetris lędit piceus tenebris
Tartarus horrens.

¶ Ecce ꝓ populo petit ecclesia auxilium diuinum: dicēs. (Quęsumus ergo deus vt annuas) idest concedas respiciasqꝫ nos (vultu sereno) i. non irato (& gubernes). i. regas (famulos). i. seruos tuos (qui celebrāt) amore summo). i. maxima lætitia (gaudia tui sacratissimi tēpli.

Quęsum⁹ ergo deus: vt sereno
Annuas vultu; famulos gubernes:
Qui tui sūmo celebrāt amore
Gaudia templi.

Nulla

Nulla nos vitę cruciēt molesta:
Sint dies lęti: placideq3 noctes:
Nullus ex nobis pereūte mūdo
Sentiat ignes.

prosequitur: dicēs (nulla molestia) idest nulla damna & incommoda (vitę) nostræ presentis (crucient) idest lędāt nos celebrantes gaudia tui templi (& dies) scilicet vitę nostrę sint lęti (q3) pro & (noctes) sint etiam (placide) idest dulces sine illusione, aut perturbatione dæmonum: quę solet fidelibus euenire, vt eos a suo recto proposito euertat & (nullus ex nobis) scilicet gaudia templi celebrātibus (sentiat ignes) idest tormenta vltimi examinis dei iudicij (mundo pereunte) pro pereuntis mundi. aut sit absolute in die quippe iudicij ignis & tempestas valida in conspectu dei apparebit:

Hæc dies in qua tibi consecratā
Conspicis aram: tribue perēne
Gaudiū nobis: vigeatq3 longo
Temporis vsu.

¶Hec dies). s. est o deus (in qua cōspicis) idest vides (aram) idest templum vel altare (cōsecratam) idest dedicatam (tibi) idest in honorem tui nominis, vel dico: ó de⁹ tribue nobis gaudium (perēne) idest perpetuum (q3) pro & dies in qua conspicis aram cōsecratā tibi (vigeat) idest duret in suo vigore & potētia. vigere enim permanentiam dicit: vt habetur. iiij. Regum. ix. c. adhuc fornicationes Iezebel matris tuæ & veneficia eius multa vigēt (longo vsu temporis) idest per longum spacium temporis ad gloriam tuam. Vigere.

Gloria summū resonet parentē:
Gloriam natum. &c.

Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. i. male mensuratum. nam cacos græce malum: & metrū mēsuram significat. Canitur in festo diui Gabrielis archāgeli ad horas vespertinas eius laudes commemorās.

GAbrielem veneremur
Summi regis nuncium.
Per quem deus delegauit
Suum ministerium:
Mundo lapso nuuciando
Iesum dei filium.

¶In hoc hymno intēdit autor laudare deum in commemoratione archangeli Gabrielis: cuius laudes describens ex officio & legatione: petit per eum nostras preces pręsentari ante deum: dicens. scilicet nos omes (veneremur) idest laudemus (Gabrielem archangelum nunciū summi regis). i. dei patris, vel christi: quē nūciauit incarnadū ꝓpter reparationē generis humani. Nuncius & res ipsa quæ nūciatē est & qui nunciat: nunciū autē nō dicit̄ scdm Laurentiū & Festū Pōpeiū (per quē. s. ga. (delegauit). i. misit. nā legare scdm Calepinū est legationē facere vel mittere (suū ministeriū). i. suum sacrū secretum (nunciando) idest manifestando (mundo lapso) idest preunti Iesum Nuncius Laurēti⁹. Fest⁹ pōpe. Calepin⁹.

Iesum dei filium esse venturum: & nasciturum ex ventre virginis Mariæ: Hoc metrum & illud. s. lustra sex qui iam peracta. & pange lingua. & tibi christe splendor patris. & vrbs beata Ierusalem. sic pretermisimus. quia videbantur. q. ab omni lege carminis saluta. nam abūdant trocheis in locis imparibus & in paribus aliquando spondeo & videntur catalectici. tales sunt hymni sequentes beatę Catherinę.

Gabriel virtus diuina
Debiles fortifica.
Vt vincamus inimicum
Ipse nos corrobora:
Vt & lapsus remittantur:
Ipse nobis impetra.

Gabriel interp̄tat̄ fortitudo dei.

¶ Ecce in pręsenti parte petit auxilium diui Gabrielis. dicens (Gabriel virtus diuina) & bene: q̄a Gabriel fortitudo dei interp̄tatur fortis enim fuit contra diabolum per virtutē crucis (fortificat debiles) idest nos peccatores: vt habeamus fiduciam recuperandi veniam p̄ te & ipse corrobora nos) idest confirma (vt vincamus inimicum) .i. diabolum aduersarium nostrum: qui rugiēs tanq̄ leo querit quęm deuoret (& impetra) idest obtine a deo (vt lapsus) idest peccata (remittantur) idest condonētur nobis. Et dicitur lapsus de labor laberis: quod idem est q̄ cadere. & quia in peccatū labimur dicitur lapsus. teste Gregorio in homilia dñicę quartę aduentus.

Lapsus.

Gregori⁹

Angelus in mundum missus
Ad Marię thalamum:
Te solum deus eligit
Suum secretarium:
Nostras preces tu pręsenta
Ante cœli dominum.

¶ Laudat cum allegatione: dicens. quod inter cęteros hic solus venit ad annūciandum verbum incarnādum. dicit ergo (tu Gabriel fuisti) scilicet angelus missus a deo. vt habetur Lucę. i. (ad thalamum) idest ad domum virginis Marię (& de⁹ elegit te solum suum secretariū). i. repositorium suorum secretorꝝ. & quia tu fuisti dei apocrysari⁹ (pręsenta nr̄as p̄ces) idest nostras orationes ante deum cœli.

Gloria & honor deo
Vsq̄ quo altissimo:
Vna patri filioq̄:
Inclyto paracleto: spiritu[i]
Qui tot dona condonauit
Gabrieli angelo.

¶ Conclusio est ad laudem & gloriam dei & Gabrielis Archangeli: (gloria & honor deo). scilicet sit (vsq̄ quo) idest semper (altissimo) & gloria sit (vna) idest pariter (patri (q̄;), p̄ & filio & paracleto iclito) i. magno & nobili: a quo bona cūcta procedunt (qui condonauit tot dona Gabrieli angelo) scilicet vt esset apocrysarius paranimphus dei. Nota quod hoc nomen paraclytus descendit a para & clesis. quod a nostris dicitur aduocatus: teste Peroto in cornucopia: tradunt tamen tunc per. e. scribendum est. scilicet paracletus. ex eo quod per. i. infamen significare dicunt. tamen vsui frequentiori credendum est: quonian per. i. scribitur communiter paraclitus a doctoribus totius sacrę paginę.

Paraclytus & vñ.

Perotus.

Carmen

Carmen est dimetrum iambicum ex parte cacometrũ. Canitur ad horas vespertinas in die sancti Isidori archiepiscopi Hyspalensis: cuius laudes prosequitur.

Congaudeat ecclesia
Et presulis solemnia:
Confessoris Isidori
Honore colat coelebri.

¶ In presenti hymno vniuersa fidelium congregatio incitatur ad letitiã carpendam in solemnitate nostri gloriosissimi patroni Isidori: commemoransq; autor eiusdẽ laudes circa erradicãdã heresim: declarat eum magna fortitudine & mira scientia floruisse. & maximo charitatis ardore accensum in clericorum & totius populi commodis: tam anime q̃ corporis inuigilasse: dicens. (ecclesia) scilicet militans: hoc est fidelium congregatio (cũgaudeat) idest simul & ad inuicẽ letetur cum triũphãte supernorum ciuium (& colat) idest veneretur (honore celebri) .i. frequenti, vel magna cum veneratione (solemnia) idest festum (Isidori presulis) idest archiepiscopi Hispalensis doctorisq; celeberrimi & confessoris excellentissimi. Cuius vitam a primis incunabilis ad finem vsq; videre cupientes: remittimus ad sacre scripture hortos. vbi Seuerianus pater: & Turtura mater: Leanderq;: & Fulgentius epcisopi fratres eius: cum Florentina sorore veluti gemmæ corruscantes apparebunt. cuius etiam mortem suis discipulis prophetico spiritu longe ante prædictam apertisseme dignoscent.

Qui velut solis radius
Demptis prorsus heresibus:
E deuotus martyrio
Dogmate fulsit vario.

¶ Qui) scilicet Isidorus (fulsit) .i. splẽduit (velut) idest sicut (radius solis illustrans totum orbem (heresibꝰ dẽptis) idest extirpatis & a radice euulsis: & etiam (deuotus) .i. deuote attentus (martyrio) idest ad sustinẽdum martyriũ pro christo, si interea occurreret (fulsit dogmate vario) idest mutiplici doctrina ad omniũ vtilitatem. dogmata, vt Ciceroni. Senece: & Apuleio placet. scita decreta placita atq; consulta interpretãtur. Marcialis papillium notauit sic ab eo querens: Tu qui sectarum vires & pondera nosti. Dic mihi precide papili dogma quid est. Dogma. Marcialis

Hispaniarum populis
Diuine legis regulis:
Et romanorum moribus
Inuigilabat sedulus.

¶ Recenset vitam & industriã Isidori in põtificatu. dicens. q; etiam sanctus Isidorus (sedulus) idest diligẽs (inuigilabat) idest insudabat (populis) idest in populis (hispaniarum) scilicet instruendis regulis diuine legis: & etiã (in moribꝰ) romanorum. scilicet componendis vel instruendis (regulis etiam diuite legis.

In clericorum commodis
Et pauperum subsidijs:

¶ Hic) scilicet sanctus Isidorus (clarissimus legũ lator) idest sanctarũ legum dator (inhærebat) idest insistebat

sistebat(arctius)idest impẽsius & totaliter(incõmodis) idest in vtilitate(clericorum)eis in necessitatibus succurrẽdo & honoribus extollendo & (in subsidijs)idest in auxilijs pauperum. diuidebat.n. substãtiam suã trifariã.s.partim ecclesię:partim pauperibus.reliquũ vero sibi.

Legum lator clarissimus
Hic inhęrebat arctius:

¶E/ quia deus cõtulit tantam gratiam beato Isidoro: vt sic viueret: & nobis bene viuendi normam relinqueret(laus honor virtus gloria) scilicet sit deo patri & filio & simul. idest pariter(sancto simul paracleto)ide consolatori in sempiterna sæcula. Amen.

Laus;honor;virtus;gloria:
Deo patri & filio:
Sacto simul paracleto
In sempiterna sęcula. Amẽ.

Carmẽ est quale superius. Canitur ad horas matutinas in eadẽ festiuitate sancti Isidori:cui⁹ auxiliũ implorat.

¶ Quia de laudibus sancti Isidori in præcedenti hymno dictum: nũc consequenter in præsenti diuinum auxilium per eius intercessionẽ petit fidelium caterua.deum suppliciter laudando: vt dignetur suorum seruorum vota suscipere: dicens.

MAgne doctor Isidore
Nos de hoc diro carcere
Fac poli reddi solio
Placato dei filio.

(O magne doctor Isidore fac) idest tuis pcibus obtine(nos peccatores reddi) idest reduci(solio poli)idest sedibus patrię cœlestis: a qua teste Gregorio. per delectamenta decessimus.& per lamenta pœnitentiæ illuc redire tenemur.& est solium sella regalis: quod græci thronum appellãt. & dicit a soliditate. vel per antistichon, quasi sedium a sedendo: vt sellla, quasi seda. & subsellia, quasi subsedia. de quibus Asconius & Pedianus li.i. Verrinarũ multa de hoc diro carcere).i.de hoc mũdo, vel de hoc corpore: in quo veluti in carcere vinclis: ita anima nostra tribus inimicis est irretita: scilicet mundo. dæmone. carne.& hoc debet fieri(placato dei filio)scilicet per tuam intercessionem.

Grego. Solium. Sella. Subsedia. Asconius Pedian⁹.

¶ Et dico ꝙ facias nos reddi solio poli)scilicet quia (ó confessor inclyte)idest gloriose & pręclare. inclytus græcum est ab en græce qđ est in.& cletos. clarus. Gene.xxxi. de Iacob dicitur & de illi⁹ facultate ditatus.factus est inclytus; chorus ecclesiæ ouans) idest lætus valde. ab ouas. uat. verbo dificiente in prima persona. quia prima carebant secundum Probum grammaticum: vt sunt furis.it.faris.tur.roras.at.quę nunc in eadem proferũtur. furio.is.roro.as.&c.(& caterua fidelium collaudat per te)idest habendo te intercessorem(christum dominum.

Inclytus: Ouas ouat.

Iesu christe rex gloriose
Vota seruorum suscipe:
Huius doctoris precibus
Nobis faue propicius.

Iesu

per te confessor inclite.
ouans chorus eclesie
et cateru a fidelium
collaudat per te dn.

Iesu christe rex gloriæ
Vota seruorum suscipe:
Huius doctoris precibus
Nobis faue propicius.

¶ O Iesu christe quia tuam iustitiã timemus nosmetipsos reos accusantes ad auxilium tuum per sanctorum intercessionem currimus. & ideo (o Iesu christe rex gloriæ suscipe vota seruorum) & tu propicius. idest pius (faue) idest faueas, hoc est sucurras nobis (precibus) idest per preces, vel propter intercessionem (huius doctoris) idest Isidori: cuius festa celebramus. Et nota q propicius poterit esse aduerbium & melius propicius. i. pie & benigne (quia teste Prisciano) nomina conparatiua in neutra terminatione efficiuntur aduerbia. Priscian.

Da peccatorum veniam;
Presta sanctorum gloriam;
Vt tanti patris meritis
Cœli fruamur gaudijs.

¶ Declarat modo quomodo poterit nobis fauere propicius. aut quid post fauorem prestabit. dicens (Da nobis veniam peccatorũ) idest remitte nobis peccata nostra (& presta) idest concede nobis (gloriam sanctorũ) .s. vt sanctis tuis in cœlo sociemur: vt fruamur gaudijs (cœli) idest letemur æterna gloria. & hoc (meritis tanti patris) .i. tam gloriosi patris Isidori. frui enim est potiri aliqua re propter se ipsam. teste Valla. Fruor. Valla.

Laus honor. &c. vt sup.

Carmen est quale superius. Canitur ad horas vespertinas in festo coronæ domini. Cõmemoratq beneficia que ex passione atq resurrectione christi accepimus.

Lauda fidelis concio
Spinæ tropheũ inclytum;
Per quam perit perditio;
Vitæq datur meritum.

¶ Materia presentis atq sequentis hymni consimilis est. scilicet agere de christi passione: circa spinas: quibus gloriosissimum eius caput vndiq perforatum fuit. ostendit autẽ quod propter delicta nostra mortuus est. & quod dolores nostros ipse portauit. vt Esaias ait. Declarat etiam quod ob id gaudere debemus summopere. quia eius passione redempti sumus: dicens. plaudat turba fidelium: quod per spine ludibrimm purgat creator omnium spineti nostri vitium. Signat etiam beneficia quæ ex eis coronatiõe seu passione suscepimus. Inquit ergo (o fidelis concio) idest congregatio fidelium christianorum. Concio idem est quod contentio. & populi multitudo. aut ecclesia. idem etiam quod alloqui populum & conuentum facere. sumitur etiam pro loco in quo concionatur aliquis. vt habetur. Deute. x. & Num. v. (lauda tropheum inclytum) idest victoriam nobilem (spine) idest spinarũ: quibus christus perforatus est caput gloriosum. trophẽũ: sunt autem Trophea hostium spolia in arborum truncis, aut saxis affixa in victoriæ signum. Lucanus. Cumq superba foret babilon spolianda tropheis. bene ergo laudabimus christi tropheũ: quãdoquidẽ tartarũ spoliauit (per quã) .s. spinã (perditio) .s. nr̃a (perit) perditi enim eramus ante xp̃i passionẽ (q) per & (meritũ vite) .s. æterne (dat) .s. nobis vt per eã viuamus. Concio. Trophea Lucanus.

Explicat

Cum spinarum aculeum
Christus pro nobis pertulit,
Per diadema spineum
Vitę coronam contulit.

¶ Explicat beneficia quæ contulit nobis dominus in sua corona dolorosa. dicens(cum christus pertulit)idest pro nobis passus est(aculeum)idest vulnus tormentum spinarum. Aculeus stimulus est, siue genus tormenti pungens veluti acus a quo deriuatur. sumitur etiam pro cura siue anxietate (contulit)idest donauit nobis gratis (coronam vitę per diadema spineum)idest per coronam illam spinis contextam. & inflectitur diadema tā per primam quam per tertiam. teste Priciano. est diadema autem ornamētum capitis ex auro & gemis contextū: maxime mulierū. vt Isidorus libro.xix. cap̄.xxx.d. Iuuenalis. Ille crucē precium sceleris tulit hic diadema.

Aculeu: Diadema Pricianꝰ. Isidorus. Iuuenal.

Plaudat turba fidelium:
Quod per spinę ludibrium:
Purgat creator omnium
Spineti nostri vitium.

¶ Plaudat ergo)idest gaudeat turba fidelium propter tantum beneficiū(qđ)idest quia creator omniū (purgat)idest emundat (vitiū nostri spineti)idest nostrorum peccatorum culpam. spinetum autem a spina dictum est spinæ vero sentes sunt. spina etiam pro iunctura dorsi accipitur(per lubibrium spinæ)idest per derisionem factam per spineā coronam. Nam iudęi plectentes spineam coronam: illudebant ei, dicentes. aue rex iudeorum: pophetiza nobis. &c̄.

Spinetū. Spina.

Quęsumus autor omnium
In hoc paschali gaudio:
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

¶ Et quia pręsens hymnus canitur in tempore solēnitatis resurrectionis. additur hic versus sic. Et quia tu liberasti nos a morte (O autor omnium quęsumus) idest rogamꝰ mus te (in hoc gaudio paschali).i. in tua resurrectione (defende populum tuum ab omni impetu)idest ab omni periculo mortis, vel a peccato ne denuo in mortem incidamus.

Laus christo regi gloriæ
Pro coronę virtutibus:
Qua nos reformans gratiæ
Coronat in cœlestibus.

¶ Conclusio est totius hymni ad laudem & gloriam omnipotentis dei (laus ergo sit christo regi glorię pro virtutibꝰ coronæ (qua) scilicet corona (reformans)idest renouans nos gratiæ suę. idest ad gratiam suam promerēdam(coronat in cœlestibus)idest dat nobis coronam in gloria sanctorum: vbi regnat per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Carmen

Carmen est quale superius. Canitur ad horas matuti-nas in festo coronę Dñi: cui⁹ beneficia cõmemorat & fideles incitat ad persoluẽda xp̃o cantica lętitię.

AEterno regi glorię
Deuota laudum cãtica
Fideles soluant hodie
Pro corona dominica.

¶ Diximus q̄ materia p̄sentis hymni est agere gratias deo pro beneficis nobis collatis in sua coronatiõe. ad quod inuitat nos hymnus: dicens (fideles soluant hodie) idest persoluant & reddant in hodiernę festiuitatis die (cantica deuota) .i. hymnos deuote modulatos (regi æterno glorię) idest christo perpetuo regi cœlestis glorię (pro corona dominica) idest pro eiusdem domini corona gloriosa spinarum.

Coronat regem omnium
Corona contumelię:
Cuius nobis opprobrium
Coronam confert glorię.

¶ Corona contumeliæ) idest iniurię & vilipendij. nam cõtumelia est iniuria & graue conuicium in contemptum personę. Terentius. nam si ego hac cõtumelia digna sũ &c. patet etiam: quod propter iniuriã coronauerunt eũ: dicentes: aue rex iudęorum. &c. (Coronant regem omnium (scilicet regum & rerum omnium dominũ (cuius opprobriũ) idest cuius crimen & maledictum oblatum donat nobis coronã glorię.

Cõtume.
Terenti⁹.

De spinarum aculeis
Christo corona plectitur:
Qua ministris tartareis
Mundi potestas tollitur.

¶ Corona plectitur) idest imprimitur & applicatur christo: & hoc de (aculeis spinarum) idest de spinis & stimulis seu iũcis marinis (qua scilicet corona potestas mundi) .i. facultas nocẽdi super terrã (tollit̃) idest eripitur (ministris) idest a ministris (tartareis) idest infernalib⁹ rugientibus ad deuorandũ fideles.

Corona christi capitis
Sacro perfusa sanguine:
Pœnis solutis debitis
Reos purgat á crimine.

¶ Recte dæmonibus tollitur potestas nocendi in mundo. quia (corona capitis christi p̄fusa) idest spersa (sanguine suo (sacro purgat) .i. emundat (reos) idest peccatores (a crimine) idest a peccatis suis. & hoc pœnis debitis) idest quas pro peccatis debebant (solutis) idest condonatis & remissis in christi passione: q̃a peccata quę non detulit: nos abluendo sustulit.

Q m̃s auctor & laus xp̃o vt sup̃.

Carmen est saphicum mixtum adonico. Canitur in festo natalitio sancti Ioannis baptistę. Cuius generationem, educationem, laudesq̃ prosequitur, atq̃ auxilium implorat.

Hymnus iste

VT queāt laxis resonare fibris,
Mira gestorū famuli tuorum
Solue polluti labij reatum,
Sancte Ioannes.

¶Hymnus iste vitam & mores habitū & conuersationem sancti Ioānis Baptistæ describit: orans & persuadens, vt eius consuetudinē imitemur: vt ad eius beatitudinem peruenire mereamur (ó sancte Ioānes solue).i.relaxa (reatū labij).i. oris (poluti).i.inquinati (vt famuli tui qant).i.possint (resonare mira).i.miracula (gestorum tuorū) idest factorum (fibris).i.venis (laxis).i.resolutis, vel vocibus apertis.

Nuncius cœlso veniēs olympo
Te patri magū fore nasciturū:
Nomen & vitę seriem gerendę
Ordine promit.

¶Nuncius cœlso est veniens olympo).i.de cœlo.s.angelus Gabriel veniens olympo (promit).i. nunciat (te fore magnum nasciturum patri tuo zacharię) nomen tuum similiter promit: quia dixit Ioannes vocet (& promit seriē).i.ordinē (vitę gerendę) dicens: vinū & sicerā non bibet (ordine).i.scdm ordinem quem gessit.

Ille promissi dubius superni
Perdidit prōpte modulos loqlę
Sed reformasti genitus perēte:
Organa vocis.

¶Ille) scilcet zacarias (dubius).i. incredulus (promissi superni) idest cœlestis promissiōis (perdidit prōpte modulos loquelæ) idest modū locutionis. Ambrosius dicit ꝙ zacharias vocem amiserat in consonantibus: quia eas formare non poterat: sed tu reformasti (ó sancte Ioānes genitus) idest natus (organa vocis perēptę) idest extinctę vobis.

Ambros

Vetris obstruso positus cubili
Sēseras regē thalamo manētē:
Hinc parens nati meritis vterqꝫ
Abdita pandit.

¶Et tu positus) idest recūbens (cubili) idest vētre matris tuę (obstruso) clauso (senseras regem).i.christum (manētem) idest iacentē (thalomo) idest ventre Marię (hinc).i. hoc quod tu nouisti christū: ó Ioānes (parens vterqꝫ) scilicet zacrharias & Elisabeth (pandit abdita) idest prophetauerūt abscōdita. Pater dixit. Benedictus dominus deus israel. & hoc non suis meritis: sed (meritis) idest ,pp ter merita (nati) idest filij.s. Ioānis. mater aūt dixit. Vnde euenit mihi ꝙ mater dñi mei veniat ad me.

Antra deserti teneris sub annis
Ciuium turmas fugiens petisti:
Ne leui saltem maculare vitam
Famine posses.

¶O sancte Ioannes (tu fugiens turmas) idest turbas (ciuium petisti antra) idest obscuram speluncam (deserti sub teneris annis) idest in ętate duodecim annorū (ne posses maculare vitā) sanctā (famine) idest verbo ocioso. occiosū est verbū qđ aut vtilitatis rectitudine: aut iustę rationis necessitate caret (famine dico saltem leui).i. sine bono fructu.

Prebuit

Prebuit hirtū tegimen camelus
Artub⁹ sacris strophiū bidētes:
Cui latex haustum sociata pastū
Mella locustis.

¶Camelus prebuit hirtū tegimē) idest asperum vestimentum(sacris artubus bidentes) idest oues prę-buerunt(strophium) idest cingu-gulum(cui) idest Ioanni(latex).i. aqua pbuit(haustum)& cui mella prebuerunt pastum. mella dico(sociata locustis) idest volatilibus.

Ceteri tantum cecinere vatum
Corde presago iubar affuturū:
Tu quidē mūdi scelus auferētē
Indice prodis.

¶Ceteri vatum) idest alij pphete (cecinere) prophetauerūt(tantū) idest tantūmodo(corde presago) idest prouido(iubar affuturum)i. christum venturum: sed tu discre-tus es ab alijs prophetis: dicens. Ecce agnus dei.&c̄.(prodis).i. ostendis christum.s.(auferentem scelus mundi) idest peccatum(indice).i. cum digito: dicens. Ecce agnus dei.

Non fuit vasti spaciū per orbis
Sanctior quisq̄ genitus Ioāne:
Qui nefas sęcli meruit lauātem
Tingere lymphis.

¶Quisq̄ homo genit⁹ nō fuit sanctior Ioanne per spacium(vasti orbis) idest ampli mundi. Vnde veritas ait. Inter natos mulierun.&c̄. scilicet corruptarū mulierū. Quidam opponunt de christo: sed non valēt: quia de virgine natus est. qui Ioannes(meruit tingere) idest baptizare(lymphis) idest aquis iordanis(lauantem) idest christum purgātem(nefas) idest peccatum(sęcli idest sęculi.& est ibi sincopa.

O Nimis foelix meritiq̄ celsi
Nesciens labem niuei pudoris.
Prepotēs martyr heremiq̄ cul-
Maxime vatum. (tor

¶Et quoniam meruisti christum tingere lymphis. tu dico(nimis foelix celsi meriti nesciens) idest ignorans(labē) idest sordem(niuei pudoris) idest pulchrę castitatis(martyr) idest testis prepotens dixisti. Ecce agnus dei.&c̄. vel(martyr(.i. decollatus(& cultor) idest habitor (heremi) idest loci solitarij. tu dico(maxime vatum) quia propheta & plusq̄ propheta.

Serta terdenis alios coronant:
Aucta crementis duplicia quosdam:
Trina centeno cumulata fructu
Te sacer ornant.

¶Tres ordines hic notātur. scilicet tricesimus. sexagesimus. centesim⁹: in quibus continētur omnium hominum ordines. scilicet: continentes, cōiugati & virgines. qui & designātur per tres viros. scilicet per Noe, per Danielē, per Iob, per Noe coniugati. & per Iob continentes. per Danielem virgines designatur. Vnde in euangelio. Alij sunt in lecto, alij in via, alij in agro. Hoc tractū est de euāgelio vbi dicit de semine iacto in terrā. Aliud sexagesimū. aliud tricesimum. aliud cētesimum fructū attulit. ideo dicitur hic serta terdenis.

Tres ordines.

Tres hoīnū status.

Serta.

(Serta) idest coronę (terdenis) idest triginta (coronant alios) scilicet cōiugatos: qui habent secum fidem trinitatis & adhęrent decem pceptis legis. & alia serta (aucta). i. augmentata (& duplicata crementis) idest ad duplum crescentia. scilicet in sexagesimum fructum (coronant quosdā) idest continentes: qui vixerunt in charitate: & habent sex opera misericordię & castitatis vel charitatis: vt pascere ieiunos, vestire nudos. &c. (Et trina) idest tria (serta comulata) ideest aggregata ex ter triginta (aucta) per additionem denarij. scilicet per decem (coronant te ó sancte Ioannes) qui es virgo (centeno fructu) quia centesimus fructus coronat. idest ornat virgines. Et vt breuius exponamus. a tricesimo fructu, vel ordine cōiugati: a sexagesimo continentes. a centesimo virgines post dissolutionem corporis & animę coronātur in ęterna beatitudine. Et nota ꝙ tricesimus numerus surgit a ternario & denario: quia coniugati habent fidē sanctę trinitatis & adhęrent decem pceptis legis. Sexagesimus numerus a senario & denario surgit: quia continentes habent sex opera misericordię & charitatis. scilicet pascere ieiunos. &c. Virgines in centesimo ordine ponuntur, & significant perfectionem: quia centenarius numerns surgit a trino tricesimo: & denario. idest decem superaddito. & ita sunt centum: per cētum numerus perfectus intelligitur. in hoc ordine fuit beatus Ioannes non absurde: immo apte secūdum loquelam digitorum. Per tricesimum numerum coniugatorum. & per sexagesimum continentium. per centesimum virginum merces accipitur. Periti enim prima computatione articulorum quam appellant loquelam digitorū in sinistra manu: per quam vita temporalis intelligitur vsq; in nonaginta nouem solebant conputare. Centum autem & deinde in dextera parte: per quam cœlestis vita designatur. Vnde quędā de cētenario habemus in Iuuēnale. x. Iam dextera computat annos. In hoc loco facit autor numerum suū per quinq; digitos manus. scilicet p policē. p indicē. p mediū. medicū & auricularem: auricularis in palma positus significat vnitatem. medicus cū ipso positus duo significat. medius cū ipis positus. scilicet in medio tria. deinde auricularis erectus medio & medico iacentibus quattuor significat. medicus cū illo erectus medio iacēte in palma: quinq; designat. medius cum illis erectus sex significat. Item auricularis in palma extensus septem significat: medicus codē modo positus. scilicet in palma: octo significat. medi⁹ simili modo positus. ix. significat. index qui vsq; huc nil fecit prędicto modo positus. x. significat. amplexu pollicis adiūtus. xxx. significat. Per quem numerū satis congrue accipitur merces cōiugatoꝝ propter illorum mollem amplexum & vitę delictionem & concordiā. Polex siquidem cum indice similiter astrictus sexaginta significat. Per quem numerum satis conpetenter accipitur merces continentium. Graue enim est ab amplexu & voluptuosa dilectatiōe & cōsuetudine abstinere. vnde scriptū est. Nil cōsuetudine maius. In dextera dicitnr. c. per quē nunerum: quia sit in dextera parte: vita cœlestis intelligitur. Non immerito accipitur merces virginum: quia in hac vita mundam & immaculatam vitā ducentes: cœlestem & angelicam inquantū possunt ducunt.

Nota glosam.

Iuuenal.

Nomina quinq; digitorum manus & nota glo.

Hinc potēs nrī meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle

(Hinc) idest post hoc o sancte Ioānes (potens repelle) idest remoue (duros lapides) idest incredulitates (nrī pectoris meritis opimis) idest fer

Asperū planās iter & reflexos
Dirige calles.

idest fertilibus & magnis & fœcūdis(planans iter asperum)idest petrosum(dirige cales reflexos)idest coruos in peccatis & tortuosos.

Vt pius mūdi sator & redēptor
Mentibus pulsa leuione puris:
Rite dignetur veniens sacratos
Ponere gressus.

¶Vt pius sator:& dicitur a sero.is. idest creator(mundi & redemptor mētibus puris pulsa leuione) idest liuore:abiecta & venenosa sorde vitiorum(veniens dignetur ponere gressus sacratos)idest sancta itinera(rite)idest recte vel ordinate.

Laudib⁹ ciues celebrāt superni
Te de⁹ simplex paritercꝫ trine;
Supplices & nos veniā pcamur
Parce redemptis. Amen.

¶Superni ciues)idest cœlestes angeli celebrāt te laudib⁹ (o deus simplex)scilicet in substātia(& trine) scilicet in personis(pariter nos supplices)idest humiles(precamus veniam)idest indulgentiam(parce redemptis)idest dimitte nobis redēptis peccata nostra: quia redemisti nos sanguine tuo proprio.

Carmen est trimetrum iābicum cacometrū. Canitur in festis apostolorū Petri & Pauli: prosequitur ipsorum laudes.

FOelix per omnes festū mūdi cardines
Apostolorū præpollet alacriter
Petri beati Pauli sacratissimi:
Quos xp̄s almo cōsecrauit sanguine
Ecclesiarū deputauit principes.

¶Hic laudat autor deum in cōmemoratione Petri & Pauli qui deputauit illos esse principes ecclesiæ & potestatē dedit illis ligandi atcꝫ soluēdi vincula peccatorū: vnde rogam⁹ eos vt reddāt nos deuotos fide: & spe robustos & repletos fōte geminę charitatis .īpetrato ab eis viuere post mortē(aplorꝝ festū fœlix) idest beatum vel lętum(præpollet alacriter)idest iocose prę alijs splendet(per omnes cardines)idest p omēs partes mundi(apostolorum dico)scilicet beati Petri & Pauli sacratissimi:quos apostolos christus consecrauit almo sanguine & (deputauit) idest constituit eos esse principes ecclesiarum.

Hi sunt oliuæ duæ coram dn̄o
Et candelabra luce radiantia
Præclara cœli duo luminaria
Fortia soluūt peccatorꝝ vīcula;
Portas olympi reserāt fidelib⁹.

¶Hi sunt duo oliuæ)& duo arbores fructuosę & redolentes & sunt candelabra luce radiantia corā domino scilicet cum lumine virtutū: quia dominus non posuit eos sub modio abscònditos: sed super candelabra. idest in maiore claritate, siue charitate. scilicet romana ciuitate(& duo p̄clara luminaria cœli & soluūt) .i.rūpunt fortia vincula peccatorꝝ(& reserāt isti duo)i.apiūt(portas olympi)i.cœli(fidelib⁹)i.xp̄ianis.

Habēt supernas potestatē claudere
Sermone sedes pandere splendentia:
Limina poli super alta sydera:
Linguæ eorū claues cœli factæ sunt:
Laruas repellunt vltra mundi limites.

¶Et ipsi.s. Petrus & Paul9 (habēt potestatē claudere supernas sedes) idest cœlestes (habent potestatem claudere sermone).i.solo verbo.sicut clausit Ananiæ & sephirę cum dixit Petrus pecunia tua tecum sit idest peccata tecū sint in perditionem (& pandere).i.aperire (splēdētia limina poli linguæ eorū claues factæ sunt super alta sydera).i.sup oēs doctores ecclesiarū (& repellūt laruas).i.culturas idolatrię. Laura quoddā mostrū est: & in vultu hominis est: vt pauorē inferat p quasdā phātasias nocturnas: intelligim9 peccata q̄ apostoli repellunt ab eis q eos sequuntur (vltra limites mundi.i.extra ecclesiā. Nota ꝙ aliud est latria: & idolatria: quia latria est summę venerationis cultus soli deo adhibendus: vel latria est voluntaria professio diuinę maiestatis. Idolatria vero est cultus deo debitus creaturę exhibitus. Et hęc differentia solet assigna inter latria, idolatria, dulia, & iperdulia. de latria & idolatria qd sit dictum est. Dulia vero est honor qui debetur sanctis. Vnde de beata virgine sciendū ꝙ in quantū sit persona sancta ei debitur dulia: sed inquantū est mater dei debetur ei iperdulia, idest magna excellentia: quia iperdulia debetur excellēti: sicut est caro xp̄i: beata virgo crux xp̄i: qa fuit instrumentū nr̄ę redēptionis. & cōcordat cum dicentibus ꝙ est dulia maior & minor de latria & dulia differentijs habēt.c. venerabiles imagines. de cōse. diſt.iij.in glosa ibi posita.

Larua. *Adoro latria & idolatria* *Dulia & iperdulia*

Beat9 Petrus cathenarū laqos
Xp̄o iubēte rupit mirabiliter:
Custos ouilis & doctor ecclesię
Pastor & gregis conseruator ouium
Arcens luporum truculentam rabiem.

¶Beatus Petrus rupit laqueos cathenarum) qa ceciderunt cathenæ de manibus eius per angelū nunciātē (mirabiliter) idest fortiter (christo iubēte) & ipe (custos ouilis & doctor (fidelis ecclesiæ (& pastor gregis (christiani & (conseruator ouium).i.fideliū (arcens).i.repellēs (trūculētā rabiē).i.crudelē (rabiem (idest sęuitiam (luporum).i. dæmonum vel hereticorum.

Actuū.xij.

Quodcūq͂ vinclis super terrā strinxerit
Erit in astris religatum fortiter:
Et qd̄ resoluerit i terris arbitrio
Erit solutū super cœli radium.
In fine mundi iudex erit sęculi.

¶(Quodcumq͂ vinclis) idest sentētijs (strīxerit) idest ligauerit & cōstringet (erit ligatum astris) idest cœlis (& quod resoluerit in terris arbitrio) idest iudicio suo (erit solutum super radium solis (vel cœli & erit iudex sęculi in fine mundi.

Non impar Paulus huic doctor gentium
Electionis templū sacratissimū:

¶Petrus erat talis qualis superius ostenditur: sed Paulus (non impar huic).s. Petro ęqualis (doctor gentium & sacratissimū templum).i.

In morte

In morte cōpar;in corona par-
ticeps:
Ambo lucernę & dec⁹ ecclesię
In orbe claro coruſcāt vibraīe.

vas electiōis(& in morte).i. in paſ
ſione(cōpar).i. eq̄lis huic: & in co
rona particeps & cōcors(ambo illi
lucernę ſūt & dec⁹).i.honor(ecclię
corruſcāt claro vibramine).i.ma-
gno ſplendore(in orbe).i.mundo.

O roma felix q̄ tātorū principū
Es purpurata p̄cioſo ſanguine:
Excellis oēm mūdi pulchritu-
dinem
Nō laude tua ſed ſctōꝝ meritis
Quos cruētatis iugulaſti gladijs

¶O roma fœlix).i.beata es(q̄ pur-
purata.i. decorata p̄cioſo ſanguine
hoꝝ q paſſi ſunt(tantorum princi
pū).i.tā magnorū. ſ.Petri & Pau-
li(excellis).i.ſuperas(oēm pulchri
tudinē mūdi)nō tua laude(ſed me
ritis ſanctotum) i.propter ſanctos
(quos iugulaſti).i.interfeciſti(gla
dijs cruentatis).i. ſanguinolentis:qa in te occiſi ſunt.

Vos ergo modo gl'ioſi mr̄yres
Petre beate Paule mundi liliū
Cœleſtis aule triūphales milites
Precib⁹ almis v̄ris nos ab oībus
Munite,malis; ferte ſup ęthera.

¶Et qa habetis poteſtatem ligādi
atq; ſoluendi.(ergo o martyes glo
rioſi.ſ.Petre & Paule(liliū)i.orna
mentū vel flos(mundi milites cœle
ſtis aulę triumphales).i.victorioſi
(munite).i.defendite nos ab oibus
malis:v̄ris almis p̄cib⁹(& ferte nos
ſup ęthera).i.vſq; ad ęthereū cœlū.

Gloria deo p̄ immenſa ſęcula
Sit tibi nate decus & imperium
Honor poteſtas ſanctoq; ſpūi:
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſclorū ſęcula. Amē.

¶Gloria ſit deo p̄ immenſa ſcl'a).i.
p̄ immutabilia ſcl'a(& o tu nate).i.
o fili dei viui(decus & imperiū) q
imperas cœlo & terræ,& mari:ſit
tibi honor & poteſtas & ſpiritui
ſancto indiuidua).i. inſeparabilis:
(ſalus ſit trinitati) q̄ trinitas vnus
deus eſt ſalus omniū gentiū per infinita ſęculorum ſæcula. Amē.

AVrea luce & decore roſeo
Lux lucis omne pfudiſti
ſęculum
Decorās cœlos iclyto martyrio
Hac ſacra die q̄ dat reis veniā.

¶O lux lucis).i.filius patris(perfu
diſti omē ſclm).i.repleſti(aurea lu
ce).i.p̄dicatione apoſtolorū. lumi
na aurea dicti ſunt apoſtoli ſapien
tię proferētia ſplendorē & bonita
tis & bonę vitę quibus nos illumi
nāt(& decore roſeo).i. rubeo mar
tyrio.tu dico(decorās cœlos.i.cœleſtes creaturas(inclyto martyrio).i.
nobili paſſione(hac ſacra die).ſ.in hac feſtiuitate(quæ)dies(dat veniā)
ideſt indulgentiam(reis)ideſt peccatoribus.

Ianitor cæli doctor orbis parit̄
Iudices ſęcli vera mūdi lumina:
Per crucē alt̄; alt̄ enſe triūphās
Vitæ ſenatū laureati poſſident,

¶Ianitor cœli).i. Petrus oſtiarius
(doctor orbis).i.p̄dicator mūdi.ſ.
Paulus(pariter)i.ſimul ſunt(iudi
ces ſęcli)& ſunt (vera) mūdi lumi
na(alter).i.Petr⁹(triūphās).i.vin
cēs p̄ crucē(alter)ali⁹. ſ.Paul⁹ triū-
phās enſe(laureati).i.coronati(poſſidēt ſenatū).i.p̄ncipatū vitę ęternę.

Iam bone pastor Petre clemēs accipe
Vota p̄cantū & peccati vincl'a
Resolue tibi potestate tradita:
Qua cūctis cœlū verbo claudis aperis.

¶ Apostropham facit ad Petrum: sic dicens(o petre bone pastor clemens accipe iam vota precantum) idest preces(& resolue vincula peccati potestate tibi tradita) a christo(qua potestate) claudis aperis (cœlum) idest paradisum(cunctis verbo)idest sermone.

Doctor egregie Paule mores instrue:
Et mente polum nos transferre satage.
Donec perfectū largiatᷓ plenius
Euacuato qđ ex parte gerimus.

¶O Paule doctor egregie(istrue) idest compone nostros mores(& satage)idest labora(transferre nos mente polum)idest cœlestia mente cogitare: & quæ in cœlis sunt tota mente desiderare(donec)idest quousq; perfectum in vtraq; parte. scilicet anima & corpore(largiatur) idest tribuatᷓ nobis in futuro(plenius)idest deus largiatur. illo(euacuato) scilicet penitus dimisso. idest mortalitate(quod gerimus ex parte)idest in hoc mortali corpore, quasi in aliam partem hominis. idest in futuro gloriabitur homo plenius & perfectius data sibi immortalitate vtriusq; partis. scilicet corporis & animę.

Oliuę binę pietatis vnicæ
Fide deuotus spe robustos maxime:
Fōte repletos charitatis gemīę.
Post carnem carnis impetrare viuere.

¶Oliuę binę).i. duę oliuę(pietatis vnicę) idest indiuisæ vel vnius amoris(impetrate)idest postulate a deo nos(viuere deuotos fide & robustos) idest firmos(spe maxime repletos fonte geminę charitatis) .s. dilectione dei & proximi. impetrare inq;(post mortem crucis) idest separationem corporis & animę.

Sit trinitati sempiterna gloria
Honor potestas atq; iubilatio:
In vnitate cui manet imperium
Ex tunc & modo p ęterna scl'a.

¶Sempiterna gloria).i. æterna gloria(sit trinitati)in tribus personis (& honor sit eis atq; iubilatio).i. laudatio sit ei trinitati in vnitate) scilicet vno deo(cui)trinitati q̄ est vnus deus(manet imperiū ex tūc) idest ab exordio mūdi (& modo) in p̄senti(per æterna sęcula)idest per omnia sequentia.

Carmē est dimetrū iābicū cacometrū. Canitᷓ in festo beatę Marię Magdalenę ad vesptinas horas. Memorat quēadmodū pœnitētia ducta; ante xp̄i pedes delictorū suorum veniam cōsecuta est adeo vt ipsum resurgentem a mortuis prima videre mereretur. Eamq; exorat; vt pro nobis stet aduocata.

Laudat

LAuda mater ecclesia
Lauda christi clæmentiã:
Qui septem purgat vitia
Per septiformem gratiam.

¶Materia pręsentis hymni est laudare deũ in cõuersione Marię magdalenę: cuius habitum & consuetudinẽ p̃teritam tangit gloriosam cõuersionem eius celebrando. narrat enim autor quemadmodum prius peccatrix: & fere iam ab ipsa fauce tartari detenta redit ad vitę ianuam per lamenta pœnitentiæ & lachrimarum affluentiam: cuius conuersionem imitantes peccatores ad eius beatitudinem peruenire merebuntur. (o mater ecclesia) idest o fidelis cõgregatio christianorum (lauda) idest verbis extolle (clęmentiam) idest misericordiam christi (qui purgat) .i. emundat & extirpat in Maria magdalena (septem vicia) .i. septem peccata mortalia: & hoc (per septiformem gratiam) idest per septem dona spiritus sancti. quę sunt, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, sciẽtia, pietas, & amor. vel dic p̱ septiformem gratiam. idest per septem virtutes quæ opponuntur peccatis. vt humilitas superbiæ. & castitas luxuriæ. & diligentia accidiæ. & sic de singulis. Septẽ dona spũsscĩ Septẽ virtutes contra pcía.

Maria soror Lazari
Quæ tot cõmisit crimina:
Ab ipsa fauce tartari
Redit ad vitæ premia.

¶Declarat qualis fuerit ante cõuersionem: & qualis effecta sit post: dicens (Maria) scilicet magdalena. a magdalo castro cognomiata. & dicta est Maria. q. amarũ mare: & magdalena. q. manẽs rea. hoc aperiet cathalogus sanctorũ (soror Lazari quę commisit tot crimina) idest tãta & tam inhonesta genera peccatorũ quod (amisso nomine) peccatrix dicebatur: & sic cognoscebatur (redit ad p̃mia) idest ad dona, vel ad limina (vitę) scilicet æternę: & hoc (ab ipsa fauce tartari. Maria. Magdalena.

Post fluxę carnis scandala
Fit ex lebete phiala:
In vas translata glorię
De vase contumelię.

¶Fit) s. Maria magdalena (phiala) idest vas aureum p̃ciosum: quo vt habetur Exodi. xxv. offerebantur odoramenta in templo (ex lebete) idest ex vase illi per quod eius peccata designantur. q̃a lebes olla ęnea est, seu vas coquẽdi aliq̃d sup̱ ignẽ: (& hoc post scãdala) i. post peccata scãdalosa (carnis fluxę) idest fragilis & spurcissimę (trãslata i vas glorię) i. in habitaculũ dei (de vase contumelię) .i. malicię & spurcissimi peccati. Phiala. Lebes.

Aegra currit ad medicum
Vas ferens aromaticum:
Et a morbo multiplici
Verbo curatur medici.

¶Aegra) scilicet Maria mag. i. infirma pondere peccatorum (currit ad medicum) scilicet christũ: quia vitę pristinæ non sustinuit detrimẽtum: sed afflata sancto spiritu iuit ad domum Simonis leprosi (ferẽs vas arromaticum) idest plenũ vnguenti nardi mystici preciosi. aromaticus. a. um. ab aroma. tis. gręcę descendit quod latinę sonat odoramẽtum e x speciebus odoriferis confectum (& curatur) idest sanatur a (multiplici Aromaticus. Aroma.

tiplici morbo) idest ab immundissima peccatorum lepra & hoc voce).i. per vocem(medici) quia dixit Iesus. remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multum.

Contriti cordis vnctio
Cum lachrymarum fluuio
Et pietatis actio
Ream soluit a vicio.

¶ Vnctio contriti cordis. s. ipsius Magdalenæ perungentis dominũ (cum fluuio) idest abundantia lachrymarum: &(actio pietatis).i. actus vel demonstratio pietatis siue exercitiũ· quia deuotis lachrymis cepit rigare pedes domini & capillis tergere(soluit) zeugma ẽ ab inferiori· nã hoc verbum respondet supradictis nominatiuis soluit. dico. idest absoluit(ream) idest magdalenam peccatricẽ(a vitio).i. a peccato.

Surgentem cum victoria
Iesum vidit ab inferis:
Prima meretur gaudia
Quæ plus ardebat cæteris.

¶ Diximus ꝙ per affluentiã lachrymarum & magnam contritionem curata fuit a medico. declarat autẽ quãtum valuẽre lachrymæ illę. scilicet: ꝙ prima vidit Iesum. scilicet post Mariam matrem: resurgẽtem ab inferis cũ victoria) scilicet propter spolium animarũ sanctarũ expectantium eius aduentum: & quia(ardebat plus cæteris) scilicet discipulis domini Iesu(meretur prima gaudia) scilicet resurrectionis dominicę: & poterit esse prima: tam nominatiuus quam accusatiuus.

Vni deo sit gloria
Pro multiformi gratia:
Qui culpas & supplicia
Remittit & dat premia.

¶ Et qa xp̄s remisit tot tantaꝗ peccata Marię mag. vt daret fiduciam peccatorib⁹ sperãdę pietatis (gloria sit vni deo pro sua gratia multiformi) idest infinita(qui remittit culpas & etiam supplicia) idest tormenta, siue pœnas debitas pro peccatis(& dat premia) idest recte cõuersis peccatoribus cõcedit gloriam æternã. hoc est seipsum, cuius fruitio est gloria æterna.

Carmen est quale superius. Canitur ad horas matutinas in eadem festiuitate sanctæ Mariæ magdalenę: agitur quod in titulo pręcedentis hymni:

Votiua cunctis orbita
Lucis triumphat gratia:
Qua scandit astra vernula
Maria christi fulgida.

¶ Vt superiori sic etiã p̄sens hymn⁹ tractat de laudib⁹ diuę Marię magdalenæ, cuius intercessionem petit. narrat quidem quomodo contempsit & calcauit huius sęculi pompã & fastus: igne sancti spiritus succẽsa. & pro dolore pręcedentium delictorum gloriã consecuta est. Orbita ab orbe dicta est. vt vrbs & est rota curr⁹ & eius vestigiũ. vt ait Asconi⁹. (orbita ergo lucis).i. dies huius solemnitatis

orbita & vnde. Asconi⁹.

solemnitatis beatę Mariæ mag. quę per annuā reuolutionē. q. in rota nobis se repsentat. nam orbita proprie rotūditas est (votiua). i. aduocata (cunctis). i. hominibꝰ respectu deuotionis. vel sic votiua. i. desiderata cūctis. hoc est in voto cunctorū respectu vitę: quia omnes desiderant hunc & plures alios dies videre (triūphat). i. lętatur gratia. i. per gratiam concessam Mariæ (qua). i. in qua orbita (Maria vernula). i. serua xpi. quia veluti serua ad pedes dñi recūbēs precio misericordiæ & suarum lachrymarū redēpta est (fulgida) hoc est effecta fulgida & splēdens in amore & dilectione nostri redēptoris, vel fulgi. i. iam mundata a peccatorū lepra.

Calcans beatam luridam
Sęcli ruentis machinam:
Ardore sancti spiritus
Ignem subegit lubricum.

¶Beata. s. Maria (calcās). i. flocipēdens & negligens (machinā). i. fabricā sui corporis siue mundanę cōpositionis insidias (Luridā). i. pallidā. tabidā. liuidāq; mœrētē & tristē. nā a loro dr̄ siue a luria gn̄re potiōis mortiferæ pallidæq;. vnde Tibullus. Diues in ignaua luridus orcus aqua (sæcli ruentis). i. mūdi pereūtis (subegit). i. subiugauit & calcauit (ignem lubricū). i. vilem & contagiosum huius mundi. & hoc (ardore sancti spiritus). s. succensa: qui eius lūbos iecurq; morbidum adussit.

Luridus & vnde.

Tibullus

Hæc sacros Iesu lachrymis
Pedes rigauit intimis:
Tersit capillis osculans
Mentis tenebras expians.

¶Hęc). s. Maria (rigauit lachrymis intimis). i. visceralibus (pedes sacros Iesu: & (tersit). i. mūdauit: vel exsicauit (suis capillis). s. p lintheo habitis (osculās & expians). i. euacuās emūdāsq; (tenebras). i. pcta tenebrosa q̄ mētes hoīum cęca caligine inuoluūt (mētis) i. aīę ipsius marię.

Te quęsumus gratissima:
Deposce clæmens veniam:
Cœlestis aulę tinnulis:
Quo perfruamur organis.

¶Per eius intercessionem nostrorū peccatorū cōdonationem petimus (o gratissima deo). s. Mag. speciali grā a deo dilecta (q̄sumus). i. rogamus te (deposce tu clęmens). i. pia, vel potius clæmens. i. clęmenter (deposce) idest impetra a deo veniam. i. nostrorū peccatorum remissionem (quo) pro vt (perfruamur). i. nos participes simus & lætemur organis. organum. notissimū instrumenti musici genus est. de quo p̄s. cxlviij. accipitur etiam pro omni genere musici instrumenti (organis). i. cantibus & melodia (tinnulis). i. bene sonātibꝰ: vt sit tinnulus. a. um: est autē tinnulus sonus liquidus & suauis & dulcis qualis est in gloria sanctorum. a tinio. is. quod sonat reteñir el metal.

Orgaīū. Tinulus.

Salue beata trinitas
Peremne manens gaudiū:
Viua creatrix omnium
Quę regnas i ppetuū. Amē.

¶Cōclusio totius hymni ad laudē & gloriā sanctissimę trinitatis (o trinitas beata salue manēs). i. existēs (gaudiū perēne). i. ppetua beatitudo (creatrix viua) i. increata. omnium (q regnas). i. duras & pmanes (in ppetuū.). i. sine fine p infinita sęculorū sęcula. Amen.

Carmē eſt quale illud primo dierum; ſed cacometrum. Canitur ad horas veſpertinas in feſto diui Iacobi maioris; cui⁹ merita cōmendās petit nr̃as p̄ces exaudiri.

HIc iudicandis ouibus
Et iudex agnoſcentibus;
Summo qui fulſit merito
Sit pius in iudicio.

¶ Materia preſentis hymni laudes beati Iacobi apoſtoli ꝓſequit̃. & per eius interceſſionem petit a deo preces celebrantium ſua feſta exaudiri & concedi. & primo petit vt in iudicio ſit prius. (O. ſ. deus hic iudex. ſ. a te conſtitutus. nam dicit̃. Matth. xix. ſedebitis & vos ſup duodecim ſedes iudicātes duodecim tribus iſrael (qui fulſit) ideſt electus & ſplendidus fuit (ſummo merito). i. ſecundum eius preclara merita. (Sit pius) ideſt mitis & miſericors in iudicio: & hoc ouibus iudicandis). i. ad iudicandas oues (agnoſcentibus) ſcilicet eum vel te: ō deus per eum vel (agnoſcētibus) ſcilicet peccata ſua quia qui non agnoſcunt hic peccata ſua per pœnitentiam: & qui non credunt iam iudicati ſunt: & preciſſi ab eccleſia ſecundum Auguſtinum. Auguſti.

In his ſacratis precibus
Abſolue nos erroribus;
Stantes ne cadant robora
Lapſos vt ſurgant adiuua.

¶ O ſancte Iacobe. ſ. vel poti⁹ o de⁹ (abſolue nos errorib⁹. i. ab errorib⁹ & pctīs nr̃is (in his p̄cib⁹ ſacratis) ideſt dedicatis tibi & (robora). i. fortifica (ſtantes) ideſt permanentes in ſtatu gratie (ne). i. vt non (cadāt) ſcilicet in peccata & (adiuua lapſos) vt ſurgant. ſcilicet a peccatis in quibus iacent: & ſepulti ſunt.

Apoſtoli qui nomine
Hæc feſta colunt hodie;
Solemnitate cælibum
Interſint in perpetuum.

¶ Petit etiam (vt qui colunt). i. celebrant & venerantur hodie hec feſta (nomine). i. ſub nomine apoſtoli. ſ. Iacobi (interſint). i. aſſociētur: & preſentes ſint (in perpetuum). i. in eternum (ſolemnitati). i. feſtiuitati. & glorie (cælibum). i. vitā cœleſtem agētium, aut ſanctorum. nā Cælebs cælebs diciiur coniugij expers: cœlo aptus ſiue cœlo beatus.

Vt ſupplices exaudias;
Pacem cunctis & conferas.
Omnes fideles te deus
Collaudēt ſancta trinitas;

¶ O deus ſancta trinitas). i. o deus trinus & vnus (omnes fideles collaudent). i. adorent ſuperexaltēt & benedicant te (vt exaudias ſupplices). ſ. eos. i. ſuppliciter decantates: (& cōferas). i. dones pacem cūctis.

Carmen eſt quale ſuperius. Canitur in eodem feſto: ad quod celebrandum nos monet.

EXultet noſtra concio
Aeterni patris filio.

¶ Iſte hymnus cum ſuperiori verſat̃. ſed primo nota: ꝙ incitat chriſtianorum populum ad celebrādū

Vociſq

Vocisq́ʒ modulatio
Canat hymnum cũ gaudio.

beati Iacobi natalicium diem: cuius laudes & martyrium describẽs petit apud deũ eius intercessionẽ. inquit ergo (nostra cõcio) idest fidelium congregatio & christianorũ vnio. quid sit cõcio vide in hymno coronę domini (exultet) idest lętetur filio æterni patris (q;) pro & (modulatio).i. dulcedo & suauitas (vocis) scilicet nostrę (canat.s. ei hymnũ) idest laudem cum cantico. Hymnus grææ hynos. & interpretatur laus dei cum cantico. & si nõ fuerit dei & cum cantico non erit hymnus. hos primum Dauid composuit.

Hymnus

Iacobi natalitia
Colamus cum lętitia:
Qui ligauit dæmonia
Pro Phileti iniuria

¶Colamus) idest celebremus cũ lætitia.s. maxima (natalitia Iacobi) idest solemnitatẽ diei: in quo natus est ad gloriam beatus Iacobus. nã cum sancti moriuntur tunc videntur nasci ad gloriã. & adpellamus natale seu nataliciũ diem eorꝫ: quia non nati sunt sancti. solius autem beatę Marię genitricis dei. & beati Ioannis natiuitatem celebramus: qa sancti nati sunt. & domini nostri Iesu christi: qui sanctus sanctorum est (qui ligauit dæmonia) idest per quẽ Iacobũ angelus deiligauit dęmonia & hoc (pro iniuria Phileti) hic fuit discipulus sancti Iacobi & prius Hermogenis magi. hoc autem fuit quando post conuersionem Phileti: misit hermogenes diabolos. vt adducerent Philetum & Iacobum vinctos. & venientes in aëre vlulare ceperunt. dicentes Iacobo quia angelus dei eos ligauit cathenis ferreis: & plurimum cruciauit.

Natale. Nataliciũ. natiuitas. Philetus quis.

Apostolorum omnium
Veritatem sequentium:
Primus subit martyrium
Cœleste scandens solium.

¶ Narrat beati Iacobi excellentiã qui vocatus est primus seu maior triplice ratione. primo ratione vocationis. quia primo vocatus est a christo. ij. ratione familiaritatis: qa ipsum ad secreta admittebat. iij. ratione passionis: qa (primus omniũ apostolorꝫ) idest inter cęteros apostolos (sequentium veritatem) idest christum (subijt martyrium) idest passus est mortẽ. nã decolari iussus est ab Herode per Abiatar (scandẽs) idest ascẽdens ꝑ mortẽ martyrij (soliũ cœleste).i. gloriam regni cœlestis

Iacobus. dr̃ maior triplici ratione.

Ierusalem sententia
Capite plexus impia:
Compostellæ per maria
Dantur ei residia.

¶Dico q̃ subijt martyrium (plexus capite) idest percussus, vel decollatus (Ierusalẽ).i. in Ierusalẽ: & hoc (sentẽtia impia).i. ꝑ crudelem sentẽtiã (& residia) idest vltimę sedes siue vltima quies & locus permanens inposterũ (dantur compostellę).i. in cõpestella (per maria) idest ad quã appulit per maria vectus. nã discipuli eius metu iudęorum noctu corpus apostoli surripiẽtes naui sine remige imposuerunt. cętera aperiet cathalogus sanctorum.

Concludit

¶ Concludit petēs eius beneficium (o Iacobe pastor pie & cōsolator ecclesiæ).i.fideliū (appella.i. in nostrum fauorē inclina (regē glorię) idest deū, vt ipse tuis pcibus placatus (audiat nos).i.nr̄as preces (hodie).i.in pręsenti festiuitate. Amē.

O Iacobe pastor pie
Consolator ecclesiæ:
Regem appella gloriæ
Vt nos audiat hodie.

Carmen est quale superius. Canitur in eodem festo: & incitat Hispaniam ad laudes sui gloriosi ducis decantandas.

¶ Gl'iosissimi hymni p̄sentis materia vlterioris citeriorisq; hispanię incolas: idigenasq; exhortatur, vt eximij patroni sui Iacobi solemnitatem gaudijs attollat: p̄ceteris nationibus. tū quia p eius saluberrimam p̄dicationem idola reprobauit. tū etiā qa sui sacratissimi corporis thesaurū tanq̄ depositū seruat. inq̄t ergo. (ó hispania) est aūt hispania regio nr̄ę Europę. dicta prius Iberi ab ibero: postea vero ab hispano siue ab hispali hispania cognominata est. Hispania autē tribus est disiuncta nominibus. Tarraconēsis in qua numātia vrbs erat clarissima. Bęthica vbi Hispalis & Corduba. Lusitania vbi Emerita est. autor est Mella (fœlix).i.nobilis ppter tm̄ patronum (gaude).i.lętare (exultās).i. gaudens & te glorificans (mētibus lętis).i.verbis mēbrisq; festiuis. Exulto em̄ de ex & salto dr̄ (cantando laudibus dignis solēnia) idest festiuitatem (tui ducis).i.tui gloriosi Patroni Iacobi.

Hispania] Hispaniæ ptes tres. Mella.

Gaude fœlix hispania
Lætis exultans mentibus
Tui ducis solemnia
Dignis cantando laudibus.

¶ Declarat q̄re debeat exultare. dicens. qa (hic est ille) p excellentiā dicitur (magnific⁹ miles).i. nobilis & magnanim⁹ (potēs certamine) idest in certamine: nā multa miracula operat̄ q̄tid ie (primus glori.) idest glorificat⁹ & laureatus (palma).i. victoria & corona martyrij sui (agmin) idest exagmin & numero apostolorum. quare autem dicatur primus siue maior vide superius.

Hic est ille magnificus
Miles potens certamine:
Primus palma glorificus
Apostolorum agmine.

¶ Qui).s.beatus Iacob⁹ (deduct⁹) i.vectus naui (irię) i.ad illū locum. irie.es. ciuitas est boetiæ. Iria aūt flauia vulgariter dicitur El padrō. in gallecia. ad quā beatus Iacobus post mortem delatus fuit (post sententiā mortis) dictatā ab Herode p Abiatar (dedit tibi) o hispāia siue iria (notitiā).i.cognitionē (curiæ regni cœlestis).i. gloriæ paradisi.

Irię. es: Iria.æ.

Qui post mortem sententiam
Naui deductus irię:
Tibi didit notitiam
Regni cœlestis curię.

¶ Dico q dedit tibi notitiā regni cœlestis (vt reprobares) idest sperneres (idola) idest falsos deos (cum omnibls piaculis) idest peccatis expiatione dignis (iam facta) idest te iā existēte (facta) idest effecta (cre

Vt reprobares idola
Cum omnibus piaculis:
Iam fide facta credula
Multis visis miraculis.

dula

dula miraculis multis visis) idest per multa miracula a te visa & ab ipso facta ad gloriam dei. vel dic vt tu facta iam cred. mul. v. reprob. idola.

Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur ad horas vespertinas in festo beatæ Annæ matris Mariæ genitricis dei. Narrat quemadmodum diuino nutu concepit & peperit gloriosissimam virginem Mariam.

Clara dei gaudia
Decantet nunc ecclesia:
In Anna dei famula
Pangens cœli miracula.

¶ Totus hic hymnus tractat de laudibus beatæ Annæ pcelsæ genitricis dei Mariæ matris: cuius genealogiam a regibus & sacerdotibus tãgit eiusq; vitæ statũ demõstrat. dicẽs qđ matrimonio fœlici nupta fuit nobili viro Ioachin primũ, ex quo progenuit Mariam matrem redẽptoris. & post eius obitũ: anuente dño. habuit alterũ, cuius nomen Cleophas. ex quo habuit alterã Mariã matrem Iacobi minoris: & Simonis & Iude. deinde habuit tertiũ virum qui fuit zebedeus: ex quo habuit Mariam matrẽ Ioannis euangelistæ: & Iacobi maioris. Itaq; per eius intercessionẽ petit nobis autorẽ oĩum reddi propiciũ. dicẽs. (ecclesia decãtet nunc gaudia clara dei). s. huiꝰ pñtis festiuitatis anniuersariæ diuæ Annæ (pangens). i. decantans (miracula cœli) scilicet esse completa (in Anna famula) idest serua dei.

Btã anna tres maritos & tres filias habuit.

Anna regum progenies
Et sacerdotum series:
Stirpem illustrem patribus
Suis donauit actibus.

¶ Laudat eã a gñe & ab operibus: qbus genealogiã suã decorauit Anna (appositiue), pgenies (regũ). i. descẽdens a gñe regũ: & existẽs caput gñatiõis regis regũ (& series) i. ordo & discursus sacerdotũ & patriarcharũ (donauit suis actibus) i. suis operibus & meritis sanctis dedit (vt decebat semper orationibus & ieiunijs insistendo (patribus) i. suis antecessoribus (stirpem). i. filiam Mariam (illustrem). i. nobilem. nõ enim primam visa est, nec habere secundam.

Nupta dei iudicio.
Fideli matrimonio:
Iuxta verbum angelicum
Fructum concepit cœlicum.

¶ Nupta) idest coniugata fuit Anna (iudicio dei) idest diuina volũtate (matrimonio fideli) idest debita castitate celebrato cui peccatum deest: vt ait Beda (concepit fructũ cœlicum) idest Mariam reginã cœlorum (iuxta verbum angelicum) dixit enim angelus Anna. ecce Ioachim vir tuus ex quo concipies: vestras enim preces deus exaudiuit.

Beda.

Infœcunda pro tempore
Prole marcescens corpore:

¶ Infœcũda) scilicet fuit beata Anna. idest sterilis (pro tempore) scilicet aliquo & multo suæ ætatis, vel gratia tẽporis. idest senectutis suæ.

marcescens

(marcescens) idest marcida vel exsiccata(prole)i.quo ad prolẽ(corpore).s.exsiccato:cuius causa põtifex despexit Ioachim:quia non reliquerat prolẽ in Israel iam senex (sed per patrẽ luminũ).i.gratia patris luminũ,hoc est dei omnipotentis(parit iã reginam virginum).i.virginem Mariam virginum decus egregium.

Sed iam per patrem luminũ
Parit reginam virginum,

Mria illuminatrix interpt̃at

¶ Petit beatę Annę intercessionem apud deum.dicẽs(Maria filia plena grã reddat)i.efficiat nobis(autorẽ omniũ)i.deũ oĩpotentẽ(ꝓpiciũ)i.mitẽ & misericordẽ:& hoc(obtentu) i.interuẽtiõe Annę.s.mr̃is suę.

Obtentu Annę filia
Maria plena gratia:
Nobis autorem omnium
Reddat semper propitium.

¶ Laus sit paterno lumini).i.deo patri & (filio vl').i.etiã(flamini) idest spiritui sancto (qui).s.deus trinus & vnus(transducat)accipe simplex verbum solum & dic.ducat(nos trans additum cœli) idest intra ipsum cœlũ(ꝑ meritũ Annę) s.tmatris Marię genitricis dei.

Sit laus paterno lumini
Sit filio vel flamini:
Qui nos per Annę meritũ
Cœli transducat additum.

Carmẽ est quale superius. Canitur in eodẽ festo ad matutinas horas.Collaudat Annam tanti fructus genitricem:qui nostræ redemptionis extitit principium.

¶ In p̃senti hymno agit etiã de laudibus beatæ Annę.laudat eam veluti radicem & principium nostri remedij.quippe eam peperit quã põtus & astra.& cętera colunt.Anná ergo p̃celsa)idest alta nobilis:vt decebat matrem tantę filię: alias p̃celsam:& refertur ad virginẽ(genuit) scilicet illam virginem(excelsam)idest sublimem(supra sydera(idest super oẽs cœlos & cœlestes(quã terra & pontus).i.mare(& ęthera).i.cœlum(colũt)idest venerantur & adorant(& astra cętera) idest oĩa alia sydera seu cœlt. ęther autem pro primo cœlo, vel pro altiore parte aẽris. ab eo deriuatur ęthera.ę.fœminũ: sicut ab hoc nomine aẽr aura. poteris etiã dicere in alio sensu.quã terra idest boni.& pontus idest mali.& ęthera.i. cœlestes colunt & adorant excelsam supra sydera.

Aeter.
Aetera.

Qvã terra pontus ęthera
Colunt:& astra cętera,
Excelsam supra sydera
Anna pręcelsa genuit.

Pomifer.

¶ Nã hęc arbor).i.beata Maria(pomifera)a pomo & fero cõpositum est.i.fructuosa(pandens).i.extendens(ramos).i.prolẽ triũ filiarum (vt).i.veluti(hedera) pululans.i. ramosa.& (vt).i.veluti(oliua fructifera)i.p̃spera ramis & fructibus plena vtilissimis Oleo eñ verscimur vngimur; & illuminamur.(progenuit fructum trinum)idest tres filias,

Nam hęc arbor pomifera
Ramos pandens vt hedera;
Vt oliua fructifera
Fructũm trinum progenuit,

Qui Marię

Qui Marię vocabulo
Coniunctus vt in surculo:
Sed iam primus pro sæculo
Redimendo concipitur.

¶Genuit Anna trinum fructũ qui scilicet fructus fuit(cõiunctus) .i. insertus & adunat⁹ (vocabulo Mariæ) omnes enim tres vocabantur Mariæ.s. Maria mater xpi : & Maria iacobi.& Maria solomę(vt) .i. sicut(in surculo)idest sicut in trũco arboris cui inseruntur surculi seu rami.nam sicut Nicolaus Perotus in cornucopia asserit.surcus est palus cuius diminutiuum est surculus. surculus enim proprie est qui inseritur. germen autem in surculis nascitur.alij enim surculum a surco tradũt pro trunco arboris & pro ramo abscisso:vt Ambrosius in quadam homilia quadragesimę(sed primus)scilicet fructus.idest prima Maria mater xpi concipitur iam pro sæculo redimendo) idest pro generis humani redemptione:ex ea nãq natus est xpus: qui suo proprio sanguine nos redemit.

Nicola. Perotus. Surcus. Surculus. Ambro.

Vt in mortis ergastulo
Dudum oppresso populo:
Cum salutari poculo
Subueniat dum oritur.

¶Hæc gloriosa virgo quæ fuit primus fructus Annæ concipitur(vt dũ orit subueniat) i.sucurrat(cum poculo salutari).i. cũ filio suo christo Iesu (salutari) idest salutifero, vel saluaturo potentes.vnde in euãgelio. qui biberit. &c̃.nunq sitiet in æternum (populo oppresso (.i. detento(dudum).i.iam diu(in ergastulo mortis).i.in infernali carcere.

Hæc est María regia
Fœminarum prenuncia:
Velut gemma primaria
Clare fulgens producitur.

¶Hæc quę subuenit dũ oritur(est Maria regia)idest a regia progenie descendẽs & regis regũ mater(prę nuncia)idest dux & aduocata(fœminarum.s. quę fulgens) idest splẽdens clare(producitur) idest generatur & propagatur (velut.i.sicut gemma) idest flos, ex qua nascitur fructus. vulgariter dicitur yema (primaria) idest quæ primo nascitur (alias primitia)gemma etiam sumitur pro lapillo precioso splendido & transparenti quod instar gumit transluceat.

Gemma.

Laus ergo sit ingenito
Marię primogenito:
Cum spiritu paracleto
Pro Annę fructu inclyto.

¶Sit laus ingenito)idest patri qui non fuit genitus(&primogenito) idest filio Marię(cum spiritu paracleto)idest cũ solatore(& hoc pro fectu) idest pro partu(inclyto).i. nobili Annæ. quę virgenem mariã gloriosam filiã nobis condonauit.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur in die transfigarationis domini;ad vespas & matutinas horas, Christiq trãsfigurati gloriã celebrat.

Gloriosam

¶Gloriosam christi trāsfiguratio nem cœlitus vtriusq; testamēti pa trib⁹ reuelatam repræsentat p̄sens hymnus: in quo nos autor monet ad debitā christo adorationē offe rendā (o Iesu redemptor).s.mundi existens.s.(lux nata).i.filius genitus (de lumine).i.de patre (tu clemens dignare).i.digneris (sumere laudes).i.hymnos (q;) ꝓ &c (preces).i.peti tiones, orationesq; (supplicum).i.deuote supplicantium seruorum.

O Nata lux lumine
Iesu redemptor sæculi:
Dignare clemens supplicū
Laudes precesq; sumere.

¶Tu ergo Iesu qui dignatus es cō tegi carne quondā).i.incarnari ex Mariæ carne virginea (ꝓ perditis) scilicet hominibus (confer).i.cōce de (nos effici).i.fieri membra (tui sacrati capitis) nā christus caput est: nosq; eius membra.

Qui carne quondam contegi
Dignatus es pro perditis
Nos membra confer effici
Tui beati corporis.

¶O cōditor).s.christe (tu apparui sti) i.videri te fecisti: in deitatis cla ritate te transfigurando (dignis te stibus) idest trib⁹ discipulis.s.Ioā ni, Petro, Iacobo: qui erant testes noui testamēti (in mōte) s.thabor. qui vt Calepino placet mons est in medio Galileæ rotundus & sublimis existens (flammeus vultu).i.p̄cla rus aspectu pre sole.i.plusq; sol.& (candidus).i.splēdidus (amictu) idest veste vt nix.

Thabor.
Calepin⁹.

Præ sole vultu flammeus
Vt nix amictu candidus:
In monte dignis testibus
Apparuisti conditor.

¶Et tu conferēs).i.simul adducēs (vates vetustos).i.Moysen & He liam veteris testamenti prophetas (additos nouis allūnis).i.noui te stamētidiscipulis (dedisti).i.cōces sisti (vtrisq;).s alūnis (credere te) s. esse deū (diuinitus).i.cœlitus.habētē coruscātē hūanitatē deitate infusa:

Vates alumnis additos
Nouis vetustos conferens:
Vtrisq; te diuinitus
Deum dedisti credere.

¶O christe in hac gloriosa transfi guratione tua (paterna vox voca uit te filium suum cœlitus.).i.a cœ lo descendens.dicens. Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi.&c. quē. scilicet filiū xp̄m (nos fatemur) ꝓ fitemur regem.s.esse glřiæ.s.eternę. & hoc (fideli pectore) idest firma animę fide.

Te vox paterna cœlitus
Suum vocauit filium:
Quem nos fideli pectore
Regem fatemur glorię

¶Petit autor dei auxilium sic: qa profitemur nos te esse regem glo riæ.ideo (quęsumus) idest petim⁹ (cōcede) idest da nobis) scilicet vt possimus (micare).i.splendere (mo ribus almis) idest sanctis conuersa

Concede nobis quęsumus
Almis micare moribus:
Vt ad polorum gaudia
Bonis vehamur actibus.

tionibus

tionibus & virtutibus (vt vehamur) idest ducamur a te (ad gaudia polorum) idest ad gloriam cœlorū (bonis actibus) scilicet nostris vel (actibus) idest operibus bonis. scilicet præeuntibus.

Laus patri inuisibili:
Laus eius almo flamini:
Lausq; sit vnigenito
Orbis terrarū dño. Amen.

¶ Laus. s. sit pr̄i inuisibili) & (laus eius almo flamini) idest spiritui sancto ab eo procedenti (q;) p & (laus sit vnigenito) idest filio (domino orbis terrarum) Amen. idest ita sit.

Carmen est quale superius in qualitate & materia.
Caniturq; in eadē festiuitate intra laudū solēnia.

FEstiua jam solemnitas
Nobis recurrit annua:
Qua proles dei inclyta
Paterna fulsit gloria:

¶ Hymnographus i p̄sinti hymnó ad sensum litterę domini nostri Iesu christi transfigurationē decantat: qui ante tres discipulos transfiguratus est: talis qualis in tempore iudicij extremi futurus est. non qđ pristinam faciei formā: & corporis humani veritatē amiserit: & aliud corpus saltem aëreum vel spiritualem assumpserit: sed vt Euangelista testatur. resplenduit facies eius sicut sol. &c̄. in qua transfiguratione apparuerunt Moyses (qui moses dicendus erat: vt Iuue. tradidit archano quodcūq; volumine moses. sed in vsu freq̄ntiori est moyses interpoisto. y.) & Helias in claritate magna. & Petrus qui dicit. domine bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. &c̄. (Solemnitas ergo festiua) idest ad festum pertinens & iocunda (recurrit) idest aduenit nobis annua. i. q̄ singulis annis (qua). i. int qua (proles inclyta dei) idest ineffabilis filius dei (fulsit) idest splenduit (paterna gl'ia (. i. diuinitate in qua patri manet semper ęqualis. Moyses. Moses.

Perspicuo nam lumine
Candido tectum pondere.
Christum in aruo hac die
Clari viderunt heroes.

¶ Nam clari heroes). s. Moyses & Helias & apostoli (viderūt in hac die lumine perspicuo). i. clara luce, vel apertis oculis (christū in aruo) idest in mōte. s. thabor (tectum). i. superinductum (pondere cādido) idest clara diuinitatis gl'ia. heros autem diuinitus homo est & secūdū Augusti. li. x. ci. dei dicitur a iunone q̄ græce hera appellat: quo nomine scđm gręcoꝝ fabulas: qdā ei⁹ filius appellatus fuit. inde heroes. Heros.

O quam digna celebritas
In qua polorum dignitas:
Telluris huius infima
Irradiauit nubila.

¶ O q̄ꝫ digna celebritas). i. q̄ꝫ admirabilis festiuitas (in q̄ dignitas polorū). i. christus Iesus cœlorū gl'ia (irradiauit). i. clarificauit (nubila infima). i. mundum ipsum vel tenebras mūdanas (hu⁹ telluris). i. huius mortalitatis quā ipse assumpserat.

O clientes eximij
Qui huius tan egregij

¶ O clientes eximij). i. o famuli gloriosi dn̄m deū colētes (q viderunt suis oculis). s. ꝓprijs (clarū decus). idest immen

idest immensam gloriã (huius prodigij) idest miraculi (tã egregij). i. tã ineffabilis & inauditi quale erat deum videri in terra ab oculis mortalium in ea claritate corruscantem, qua in cœlo residet semper.

Clarum decus prodigij
Suis viderunt oculis.

¶ Concludit & petit dei adiutoriũ dicens (tu nate vnice) idest primogenite patris (refoue) idest respice & adiuua (clẽ). i. pietate solita (cũctos qui colunt hodie deuote festũ tuę glorię). i. tuę gloriosæ trãsfigurationis. Laus pr̃ inuisibili vt sup̃.

Tu nate patris vnice
Cunctos celmenter refoue:
Qui tuę festum glorię
Deuote colunt hodie.

Carmen est dimetrum iambi. cacome. Canitur in festo beati Laurentij ad horas vespertinas. cuius martyriũ describitur: & constantia in passione demõstrat.

¶ Materia præsentis hymni est age agere laudes beati Laurẽtij martyris: eiusq̧ constantiam in passione explicare. ad quod incitat fidelium chorus. inq̃t ergo (chorus noster) idest nostra congregatio. s. fideliũ (exultet) idest lętetur (solemniter) idest cum solemnitate maxima (& concorditer in hoc festo Laurentij nescij) idest ignorantis (flecti). i. moueri a rectitudine fidei. & hoc (tormentis) idest passione: quia nunquã in martyrio negauit christum. dictus est autem Laurentius a lauro: quia victoriã obtulit in sui passione. quasi lauream coronam tenens.

Laurẽti⁹

CHorus noster solemniter
Exultet Et concorditer:
In hoc festo Laurentij
Tormentis flecti nescij.

¶ Beatus Laurẽtius natione hispanus romę eruditus ab ipsis in cunabulis christian⁹: & beato Sixto papæ factus diacon⁹ ministrabat, cui Sixtus tentus a Decio Cęsare thesauros ecclesię commẽdauit: qui acceptos pauperibus erogauit. Tũc Decius (petijt) scilicet a beato Laurentio (reddi sibi quamtotius) idest citius (quos Laurentius dispersit fœlicius erogando) idest pauperibus destribuendo.

Reddi sibi quam citius
Thesauros petijt Decius:
Quos dispersit Laurentius
Erogando fœlicius.

¶ Postquãm Decius cognouit thesauros esse a Laurentio pauperib⁹ distributos (furens ira prænimia) idest maxima (recurrit ad supplicia). s. ingerenda Laurẽtio (sperãs flectere). i. inclinare (suis tormẽtis sanctũ dei) ad idola colẽda (sed temere) idest stulte hoc sperabat.

Furens ira prænimia
Recurrit ad supplicia:
Sperans tormentis flectere
Sanctum dei sed temere.

Ligatis

Ligatis fune manibus
Rotatur super ignibus;
Candescente craticula
Stridet queque particula.

¶ Tunc Laurentius iusso Decij cesaris ea tempestate imperantis (rotatur) idest inuertitur admodum rote in circuitu (sup ignibus) manibus scilicet prius (ligatis fune) idest corda vel aliquo ligamine (& queque particula) scilicet sui corporis (stridet) idest sonat diuidebantur enim eius membra (in craticula candescente) idest ignita. craticula diminutiuum ab hoc nomine crates: & est instrumentũ ferreum quo vtimur ad assandum. Exodi. xxvij. craticulamque in mundum retis Eneam. Craticula.

Caro stridet & crepitat;
Martyr insultans clamitat;
Regira tortor corpora
Assata sunt incorpora.

¶ Caro stridet) idest sonat assando (& crepitat) idest finditur, seu aperitur cum sono. frequentatiuum est a crepo. pas. & (martyr) scilicet Laurẽtius (insultans) idest gaudẽs & irridẽs tortores (clamitat) idest vociferatur: dicens (o tortor) idest o carnifex. poterit dirigi sermo ad Decium (regira) idest reuolue me & (manduca) quia iam assasti vnã partem: gira & manduca aliam: dicit hostiaria (nã assata sunt iam corpora. Crepito.

¶ Regira tortor. Nota etiã q aliter legitur textus iste. s. regira tortor corpora. Assata sunt incorpora. i. iterfice & sine anima relinque. verbũ nãque est corporo. as. vnde cõcorporo & incorporo: q hispanice dicitur incorporar quando vnũ relicto esse priori: efficitur cum alio vnum corpus.

Sit christo regi gloria;
Qui iuste pensat omnia;
Pro se passis supplicia
Digne rependit pmia. Amẽ.

¶ Cõclusio est hymni ad laudem & gloriam dei: qui pro se passis digna rependit pmia (gloria sit xpo regi qui pensat). i. põderat & gubernat ordinando omnia (iuste & rependit). i. dat pmia (digne) idest secundum merita & vltra (passis p se supplica) idest tormenta & passiones.

Carmen est quale superius in qualitate & materia.
Et canitur ad horas matutinas.

O Mira patientia
Mẽbra torrentur omnia;
Ipse tamen tortoribus
Spretis insultat ignibus.

¶ Presentis hymni materia tractat de laudibus beati Laurentij. demõstrat autem eius constantiam in patiendo: intercessionemque eius apud deum petit. dicit ergo (O mira patientia) idest admirabilis & laudãda (membra omnia) scilicet sancti Laurantij (torrentur) idest adurũtur assando (tamen ipse) scilicet Laurentius (insultat) idest illudit tortorebus (ignibus spretis) pro gloria paradisi.

Seuit ignis exterius
Intus seuire nescius;

¶ Ignis) scilicet materialis (seuit) idest crescit (exterius) idest extra corpus beati Laurentij: quia nõ de

ficiebant alimenta(nescius sequire) idest furorem immittere(intus).i. intra corpus & viscera eius.nã(alter ignis. s. sancti spiritus interior & potentior) propter feruorem patiendi(resistit) idest vincit exteriorẽ ignem a persequentibus sanctorum dei illatum.

Nam resistit potentior
Ignis alter interior.

¶ Tangit breuiter originem beati laurentij.dicens(ortus) idest oriũdus fuit beatus Laurentius (climate hispano) idest ex partibus hispaniç: quia hispan⁹ fuit. Clima enim pars terrç dicitur.sunt autem septẽ climata diuersis disiuncta nominibus . vt videre est de climatibus in sphera.vbi multa Ioãnes de sacro busto(& subsistit) idest stetit.romç aduerbialiter.idest in roma(dogmate) idest pro dogmate:hoc est eruditione. nam romç eruditus fuit:vel pro doctrina fidei christianç extollenda(& renascitur) idest iterum nascitur quantum ad gloriam martyrio partam(laureatus martyrio) idest veluti laureis sertis martyrio coronatus per Decium imperatorem.

Clima.

Ortus hispano climate
Romç subsistit dogmate
Renascitur sub Decio
Laureatus martyrio.

¶ O fœlix permutatio) scilicet temporalis vitç cũ æterna & (martyr fœlix) idest sãctissimus(in cãbio) idest in permutatiõe vitç(qui gaudet pmio æterno) idest gloria perpetua(p breui supplicio) idest pro breui tormento.nam quod putatur hic esse,siue pœnç,siue gloriç:momẽtaneum est.patriç aũt cœlestis quis ennarrare valeat quanta & q in çternum durabilia sunt gaudia.hæc Gregorius super Lucam.xiiij.

O fœlix permutatio
Fœlix martyr in cambio:
Qui pro breui supplicio
Aeterno gaudet premio.

Grego.

¶ Eiusdem sancti Laurentij gloriosam intercessionem imploramus. (o martyr dei laudabil' tu adsis nobis pacabilis) idest placidus & mitis.i.faueto nobis(vt locus veniç) idest peccatorum remissio sit nobis apud regem gloriæ sempiternç qui est Iesus christus filius dei.

Martyr dei laudabilis
Nobis adsis placabilis:
Vt apud regem gloriæ
Per te sit locus veniæ.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur in festo diui Martini:cuius laudes prosequitur.

¶ Autor commẽdat & laudat deũ de cõuersione & habitu beati Martini:qa hic pauper & modicus cœlum diues ingreditur:quia per constantiam fidei confessionem trinitatis tria corpora mortuorũ quorum animç detenebantur clausæ in inferno resuscitauit,rogat itaq dominũ:vt sicut per confessionem sanctç trinitatis

REx christe Martini decus
Hic laus tua tu illius:
Tu nos in hunc te colere
Quin ipsum in te tribue.

trinitatis tres mortuos suscitauit ab inferno: ita suscitet nos a peccato: & sicut induit pauperem parte suæ clamidis: sic nos induat iustitiam. (O christe rex)æterne(decus)idest honor Martini(iste) idest Martinus (est tua laus: tu es laus illius)Martini tui(tribue nos colere te in hūc).s. Martinū(quin).i. insuper tribue nobis ipsum Martinū colere in te xpo.

Qui das per orbis cardines
Quod gēma fulget presulū:
Da quos pmūt culpe graues.
Soluat per ingens meritum.

¶ Tu qui das q Martinus(gemma existens presulum)i. episcopo; & & sacerdotum(fulget)idest splendet(per cardines)idest p angulos (orbis) idest per quattuor partes mundi(da)idest concede vt Martinus soluat per ingēs meritum nos (quos graues culpæ).i. criminalia peccata(premunt).i. detinent.

En pauper hic & modicus
Cœlum diues ingreditur:
Cœli cohortes obuiant
Lingue; tribus; gentes; ouāt.

¶ En)i. ecce(hic).s. Martin9(paup) in diuitijs(& modicus).s. in persona corporis (diues) in virtutibus exeundo de mundo(ingreditur cœlū cohortes) idest exercit9 cœli obuiāt ei(lingue).s. oēs trib9 isrl' iudei (gētes)i. gētiles(ouāt)i. applaudūt.

Vt vita fulget transitus
Cœlis & aruo splendidus:
Gaudere cunctis pium est:
Cunctis salus sit hic dies.

¶ Vt) pro sicut (vita) illius (sic trāsitus)idest obitus eius(fulget) idest resplēdet(cœlis).i. in cœlo(& in aruo).i. in terra seu in mūdo. trāsitus dico(splēdidus)& ideo quia fulget(pium est gaudere cunctis) hominibus (& hic dies) idest hoc festum· sit salus cunctis.

Sit trinitati gloria
Martinus vt confessus est:
Cuius fidem per opera
In nosmetipsos roboret

¶ Sit gloria trinitati)idest patri & filio & spiritui sancto(vt) pro sicut(Martinus confessus est) scilicet. fide & opere fidem cuius Martini & ipse deus roboret in nobis.

Martine par apostolis
Festum colētes tu foue:
Qui viuere discipulis
Vis aut mori: nos respice.

¶ In hoc hymno commēdāt autor beatum Martinum per constantiam fidei eius: quam habuit in suscitatione trium mortuo;(O martine par apostolis)idest æqualis suscitatione mortuorū triū: qa tres mortuos suscitauit(vt apostoli) & quia globus igneus. scilicet spiritussanctus descendit super eum(tu foue)idest resuscita a peccato(colētes tuum festum qui vis viuere aut mori discipulis)idest ad vtilitatem discipulorum: quia nec mori timuit: nec viuere recusauit. vnde & ipse effundens orationes apud dominum. ait. O domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborē: fiat volūtas tua. quia nec viuere nec mori recusasti. ideo(respice nos)vt tuis meritis & precibus mundo corde & casto corpore existentes: aulam cœli ingrediamur: sicut fecisti in tempore tuo prelatos ecclesie famulos.

Fac nunc quod olim geſſeras
Nunc preſules clarifica;
Auge decus eccleſiæ
Fraudes relide ſathanæ.

¶ O Martine fac) ideſt effice nunc hoc preſenti tempore.ſ.nos eſſe iuſtos(qđ geſſeras).i. feceras(olim) prædicando(clarifica) ideſt illumina(nũc p̄ſules eccleſię) ideſt p̄latos (auge decus eccleſię & relide) ideſt frange vel reprime)fraudes ſathanæ) ideſt diaboli aduerſarij.

Qui ter chaos euiceras:
Merſos reatu ſuſcitat:
Diuiſeras & clamidem
Nos indue iuſtitiam.

¶ Tu qui euiceras pro euiceraſti) ſcilicet euacuaſti(chaos) ideſt infernum(ter) ideſt tres mortuos ſuſcitaſti:tu qui ter intraſti in inferum, reſuſcitando tres mortuos(ſuſcita nos merſos).i. mortuos (reatu).i. culpa per peccatum primi parētis. ſcilicet Adæ & propria culpa (vt) pro ſicut(diuiſeras clamicem) pauperi(indue nos iuſtitiam.

Vt ſpiritalis gloriæ
Quondam recorderis tuæ
Monaſtico nunc ordini
Iam pene lapſo ſubueni.

¶ O Martine ſubueni)i.ſuccur(monaſtico ordini) ideſt ordini monachorum (iam lapſo) ideſt relapſo in peccatis (pene) ideſt fere. & ad quid: vt recorderis quondam tuæ ſpiritualis gratiæ.

Carmē eſt quale illud pange lingua. Canitur ad horas veſpertinas in feſto beatæ Catharinæ: ad quod celebrandum nos incitat;& martyrium deſcribit.

Catharinę collaudemus
Virtutum inſignia
Cordis ei pręſentemus
Et oris obſequia:
Vt ab ipſa reportemus:
Aequa laude premia.

¶ Preſens hymnꝰ ꝑ materia ſeruat nos primũ icitare: vt corde & ore: & debita reuerētia collaudemꝰ beatæ virginis Cahtharinę merita deinde deſcribere eius martyrium & conſtantiam in patiendo demōſtrare. necnon miracula ab ea in eadem paſſione celebrata. dicens.collaudemus(ideſt nos omnes chriſticolę ſimul laudemus(inſignia) ideſt merita vel repreſentationes virtutum Catharinæ(& pręſentemus)ideſt offeramus ei(obſequia)ideſt ſeruitia:laudes & reuerentiā(cordis & oris)ideſt corporis & animæ noſtræ(vt reportemus(ab ipſa laude).ſ.noſtra)premia(ęqua)ideſt cōdigna.nā in perſona eccleſiæ loquitur:cuius laus perfecta eſt.vel dic(ab ipſa)ſcilicet Catharina. Nomen autem & parentes: & multa alia de beata Catharina videre cupiētes:remittimus ad cathalogum ſanctorum. & ſequitur diſcurſus Catharina per. a.& non per.e.a catharos quod eſt purus, vel catharizo purifico. legendum eſt, non autem quaſi vniuerſorum ruina:vt ille fabulatus eſt qui ſcripſit librum:qui dicitur legenda aurea.

Fulta

Fulta fide Catharina
Iudicem Maxentium:
Non formidat lex diuina
Sic firmat eloquium:
Quod confutat ex doctrina
Doctores gentilium.

¶ Catharina fulta) idest premunita (fide) scilicet christi (nō formidat) idest non timet (iudicē Maxentiū) idest imperatorē Maxentiū cesarē ea tempestate Romæ imperātem. si autē Maxentius qui romę a ꝑtorianis militibus Augustus apellatus est. vel Maximinus: qui in oriēte contra christianos tyrannidem exercebat. vel Constantinus: qui ex traditione paterna imperium sumpsit: fuerit: sub qua martyrizata est Catharina: ad huc sub iudice lis est. quia hi tres secundum cronicas tunc temporis imperabant. Sed Maxentium tenet ecclesia. nam scilicet (lex diuina) idest christus quem in pectore pro clipeo gestabat Catharina (sic firmat) idest fortificat eloquiū Catharinę (ꝙ confutat coram imperatore) idest vincit & cōfusos facit (ex doctrina) scilicet eorum: hoc est ex principijs philosophię. vel ex doctrina euangelica (doctores gentilium) quos adduxerat imperator vt disputarent cum Catharina. Erant auten quinquaginta qui in sapientia mundana omnes mortales excellebant & venerant ex diuersis prouincijs immensa munera accepturi si Catharinam vincerēt. fuerunt tamen victi ab ea & conuersi ad dominum. vt sequitur.

Victi christū confitentur
Relictis erroribus:
Iudex iubet vt crementur:
Nec pilis aut vestibus
Nocet ignis: & torrentur
Inustis corporibus.

¶ Victi) scilicet doctores isti a Catharina (confitētur christū: & hoc erroribus suis relictis) idest ꝓ christo spretis deorum suorum culturis & ꝓpterea (iudex) scilicet Maxentius (iubet vt crementur) idest ignibus tradantur in medio ciuitatis (& nec ignis nocet pilis eorū) vel pilis pro capillis aut vestibus: quia nec vestes comburebantur & (tamen torrentur) .i. pro christo cremantur & martyres efficiūtur (corporibus) scilicet eorū (inustis) idest nullo igne tactis. qa vt refert historia per dei ꝓseruationē flāmis iniecti sine lęsione animas dn̄o reddiderūt.

Velut aurum comprobauit
Fornacis adustio:
Nam quos foris conseruauit
Christus ab incendio:
Coxit intus & purgauit
Fides & confessio.

¶ Prosequitur explicans qualiter fuerunt illesi doctores ab igne exteriori: non tamē ab interiori sancti spiritus. dicēs ꝑ cōparationē quod (adustio fornacis) .i. incendiū comprobauit doctores illos (velut) .i. sicut aurum probatur in igne. nam fides & cōfessio suoꝝ errorum, vel sanctę & indiuiduę trinitatis: qua mediāte tunc baptizati fuerūt baptismate sanguinis: qa triplex est baptismus. s. fluminis, flaminis, & sanguinis (coxit & purgauit) idest intra pectus (quos christus cōseruauit) idest liberauit foris ab incendio corporeo. quia eorum corpora incombusta: postq̄ fuerunt secrete sepulta a christianis.

Post hęc blandis rex molitur
Virginem seducere:
Nec promissis emolitur
Nec terretur verbere:
Compeditur: custoditur
Tetro clausa carcere.

¶ Post hęc) idest post martyrium doctorum (rex) scilicet Maxentius (molitur. scilicet tribus vijs, blanditijs, promissionibus, verberibus) idest procurat & properat (seducere) idest subuertere (virginem) scilicet Catharinam blandis. s. verbis sed (nec emolitur). i. delinitur & mouetur a fide christi (promissis) idest policitationibus regis. dixit enim rex. sacrifica dijs & eris vxor mea: & veluti dea adoraberis (nec terretur verbere) idest tormento: quia similiter dixit rex: amittes caput. cui ipsa. fac quęcunque animo concepisti tuo: sequitur (compeditur) idest compedibus ligatur: & (clausa) idest reclausa (carcere tetro) idest obscuro (custoditur) idest a militibus obseruatur & per duodecim dies fame cruciatur.

Hic rex furit & tabescit:
Nec intra se capitur:
Quod nox ibi noctem nescit:
Nox in diem vertitur:
Soli turba multa crescit:
Ieiuna reficitur.

¶ Hic) idest tunc cum se rex videret illusum (furit) idest furore incitatur & (tabescit) idest perturbatur & ira maxima corrumpitur (& nec capitur intra se) idest a sensu deficit: propterea (quod nox) idest obscuritas noctis (nescit noctem) idest non habet obscuritatem ibi in carcere Catharinę. & furit etiam quod nox vertitur in diem: quia ita erat clara ac si esset dies. ingressa namque regina illam inestimabili claritate fulgentem, & angelos eius plagas purgantes inuenit (multa turba) scilicet angelorum & virginum (crescit) idest accrescit (soli) scilicet Catharinę & (ieiuna reficitur) idest saciatur. nam per eos dies missa de cœlo candida columba: cœlesti eam pascebat alimento.

Claude lumen en ne claudatur
Illucet Porphyrio:
Qui reginę fœderatur,
Fide collegio:
Quorum fidem imitatur
Ducentena concio.

¶ Porphyrius fuit hic princeps militum vir nobilis: consiliorum regis intimus custos: & solatium in laboribus ipsius imperatoris & declinatur Porphyrius. ij. nam porphyrio. onis. pro aue & pro commentatore Horatij tantum. ergo (ne lumen) idest ne vita. vel dic (ne lumen) scilicet cœleste (claudatur clausę) scilicet Catharinę. sine testimonio illius rei: & miraculi ostensione (elucet) alias illucet etiam Porphyrio cum regina. nam ambos conuertit Cathrarina ad fidem christi. hoc est antequam moreretur Catharina. vel lumen cœleste recederet ab ea: ad confirmationem veritatis: quam predicabat Catharina: conuertitur Porphyrius ad verum deum cum ducentis alijs (qui fœderatur) idest coniungitur (reginę collegio) idest societati fidei. coniungitur reginę. intellige vxorem imperatoris: quę absente marito amore Catharinę subcensa cum Porphyrio ad carcerem virginis accessit media nocte; & cum clarum & angelis sociatum

ſociatum inueniſſet:vt ſupra diximus.a Catharina cōuerſa eſt ad chriſtū: cum Porphyrio & ducentis militibus eius:veniente tamen marito extra ctis pri⁹ mammillis cum militibus eſt decollata(quorum fidem)ſcilicet reginę & porphyrij(cōcio)ideſt copia ducentorum virorū(imitatur.) ideſt ſequitur.

Huius ergo concionis
  Concordes conſtantia:
  Vim mundanę paſſionis
  Pari patientia
  Superemus:vt cum bonis
  Lætemur in gloria. Amen.

¶Concluſio eſt totius hymni:qua exemplo ſupradictę concionis admonemur ſuperare vitia: vt lætemur cum bonis nos ergo exiſtētes ſcilicet(concordes) ideſt vnanimes (conſtantia)ideſt propter conſtātiam huius cōcionis ſupradictæ in tollerādis tormētis(ſuperem⁹ vim) ideſt impetū(mundanę paſſionis) (patientia pari) ideſt ſimili patientia:vt lętemur pariter cū bonis in gloria per infinita ſęculorū ſcl'a. Amē.

Carmē eſt quale ſuperius. Canitur in eadem feſtiuitate ad horas matutinas:& in eadem materia verſatur.

PAnge lingua glorioſæ
  Virginis martyrium:
  Gemmæ iubar precioſę
  Deſcendat in medium:
  Vt illuſtret tenebroſę
  Mentis domicilium.

¶Hymnus iſte cōtinuat cum ſuperiori.& primo præponit incipiendo decantare martyrium virginis: Secundo illud deſcribit. Tertio ſuffragia implorare nos hortatur Catharinę virginis.dicens(o lingua) ſcilicet militię chriſtianæ (pange) ideſt manifeſta:vel deſcribe aut cane:vel tanq̄ tuba exalta vocem laudando(martyrium virginis glorioſæ)ſcilicet Catharinæ(iubar)ideſt maieſtas vel ſplendor diuinus(gemmæ precioſæ) ideſt Catharinæ. vel potius chriſti Ieſu eius ſponſi.nam licet iubar ſit ſtella quę ante ſolis ortum naſcitur.ſcilicet lucifer dicta quod iubata appareat. & claritas ſolis vel alicuius ſyderis:& ſumatur pro ſplendore auri vel alicuius rei. tamē pro chriſto melius ſumitur:vt in hymno ſancti Ioannis. Iubar a futurū. ideſt chriſtum(deſcendat in medium:vt illuſtret)ideſt clarificet(domicilium)ideſt habitationem(mentis) noſtrę.ſcilicet(tenebroſę)ideſt obſcurę animæ clauſæ in corpore ſubdito peccatis. Iubar:

Virgo pœnis iam attrita
  Rotarum patibulo:
  Preſentatur premunita
  Fidei ſignaculo:
  Genuflectit orat ita:
  Circunſtante populo.

¶Incipit pāgere martyriū. Virgo ſcilicet Catharina(iā attrita)ideſt fatigata pœnis: q̄a prius in carcere fuit :& ſpoliata ſcorpiōib⁹ cęſa fuerat(p̄ſentatur patibulo) ideſt tormēto rotarum.erat em̄ inſtrumētū q̄ttuor rotarū feris ferreis : & clauis acutiſſimis circūſpectū tal'r. Patibulū Catharię

quod duę vno ordine: alię vero contrario impetu agerētur. vt deorsum dilacerarētur corpora sup imposita. (presentatur dico premunita signaculo fide).i. signo crucis christi & (flectit genu) humiliter & (orat ita (.i. huiusmodi orationē facit ad dn̄m (pplo circūstāte).i. existēte circū.

Vt confirmes spem tuorum
Et honorem nominis:
Et elidas superborum
Vim virtute numinis:
Struē deus hanc lignorum
Ictu frange fulminis.

¶ Sequit̄ oratio beatæ Catharinæ. & subaudi ó deus suppliciter exoro (vt cōfirmes) idest ratam facias (spem tuorum) scilicet seruoꝵ hoc est meam & eorum quos ad te conuerti. vt nullius sit irritū votū, nec vacua postulatio (& honorem nominis) scilicet tui (& elidas) idest affringas dissipes & destruas (vim) idest virtutem & potestatem superborum.i. tyrannorum me persequentium (virtute numinis) idest volūtatis tuę & potestatis. numen licet multipliciter sumatur: proprie tamē voluntas dei est. vt Vergi. Non hęc sine numine diuū eueniunt.i. sine voluntate. exoro etiam ó deus (frange) idest vt frangas (ictu) idest violentia & impetu (fulminis) idest ignis venientis e cœlo (hanc struem lignorum) hāc machinam rotarum siue tormentum (ad laudem) videlicet tui nominis & circunstantis populi confirmationem in fide.

Numen.
Vergili⁹.

Mox completur; mox iūctura
Rotarum dissoluitur:
Astans molis expressura
Populis pars territur.
Pars baptismum susceptura
Virgini coniungitur.

¶ Mox) idest cōtinuo (completur) idest pficitur quod in oratione petijt & (mox iunctura) idest compositio rotarū (dissoluitur) idest frangit̄ (pars molis pop.).i. remissa flexibilis atq; tenera (astās).i. p̄sens (territur ex p̄ssura).i. ex angustia & timore concutitur siue ex diuisione rotę: quę quattuor milia hominum interemit (& pars) scilicet pop. susceptura baptismum coniungitur virgini: vt ab ea baptizaretur.

Fide fidēs occultata
Regis vxor emicat:
Deos regis exprobata
Christum regem predicat:
Tortis mammis cruciata:
Spe constanti dimicat.

¶ Tūc regis vxor appositio (fides occultata fide) qa vt refert historia vsq; tūc se celauerat (emicat) idest splendet & micādo descēdit. ea eñ desuper aspiciebat (exprobata).i. quæ exprobauit & detestata est: (deos regis) idest idola mariti sui: (xp̄m prædicat regē) scilicet verū deum esse (& cruciata mammis tortis) idest a pectore euulsis iussu regis mariti sui (dimicat) idest pugnat pro christo (spe constanti) idest firma in ꝓposito & fide Christi a beata Catharina suscepta. ¶ Recte poterit esse fide fidens occultata: & ego vidi textum & quadrat sensus sed melius fide videns oculta.

Decollari

Decollari cum iubetur
Caput offert gladio:
Petit sibi suffragetur
Virginis oratio:
Et defectu ne fraudetur
Palme suo premio.

Cum regina iubetur a rege decollari post extorsionẽ mãmillarum (offert) idest dat caput gladio (& petit vt oratio virginis Catharinę suffragetur) idest succurat sibi, veluti apud deũ interuentrix (ne fraudet) idest priuetur (suo premio) .i. laureola gloriæ (defectu palmę) .i. propter defectum certaminis: aut martyrij sui: quia non tam velox & tam hilaris currebat ad martyrium, vel hoc dixit timens ne deficeret: ideo respondit Catharina ne timeas dilecta a deo: quia hodie pro trãsitorio regno mutuabitur ęternum: & pro mortali sponso tibi immortalem acquires.

¶ Vltima pars hymni. in q̃ exhortamur suffragia beatæ virginis (Atharinæ implorare. (nos ergo imploremus deuote) idest humiliter petamus (suffragia) idest auxilium huius. scilicet Catharinę & (ita) .i. taliter (confirmemus) idest fortificemus & cõfortemus (mentes) scilicet nostras gratia Catharinę (vt corregnemus) idest simul regnem' (in cœlesti patria) idest in gloria (reginę) scilicet Catharinę: quia regina erat Costis regis filia, vel reginę dic potius q̃ referatur ad vxorem regis Maxentij: de qua est sermo in promptu.

Huius & nos imploremus
Deuote suffragia:
Mentes ita confirmemus
Catharinæ gratia:
Vt reginę corregnemus
In cœlesti patria. Amen.

Carmen est quale superius. Canitur ad laudes matutinas in festo beatæ Catharinæ: ꝓsequit̃ sicut superiores hymni.

PRęsens dies expandatur
In eius obsequium:
Cuius virtus dilatatur
In ore laudantium:
Si gestorum teneatur
Finis & initium.

¶ Quod p̃cedẽtes: id pręsens hymnus nos hortat̃ agere. videlicet decantare martyrium & laudes beatę Catharinę. dicens (p̃sens dies expandatur) idest consumatur in obsequium. idest in gloriam: laudem: & seruitium (eius) scilicet Ctharinæ (cuius virtus dilatatur) idest extenditur & multiplicat̃ (in ore laudantium) idest eius laudes decantantium (si finis & initium gestorum) idest operũ eius (teneãtur) idest notentur: hoc est si series & ordo totius historię beatę Catharinæ ab initio ad finem vsq; consideretur.

Verbo vitæ solidatus.
Prosilit Porphyrius
Cum ducentis decollatus:

¶ Porphyri' hic sepeliuit reginam vxorem imperatoris secrete. quęstione tamen facta ob eam causam multos ad suppliciũ pertrahi fecit imperator; sed Porphyrius prorũ pen-

pens in medium exclamauit: dicẽs: ego sum qui christi famulam sepeliui & fidem christi recepi. tũc imperator iussit eũ decollari. inqt ergo (Porphyrius solidatus) .i. fortificatus & munitus (verbo vitę prosilit) idest in medium venit ad moriendum pro christo & (decollatus est cum ducentis) scilicet militibus suis: qui se esse christianos confessi sunt (& migrat) idest transit de vita præsenti (socius palmę) idest martyrij. ex quo (Maxẽtius imperator maturat) idest mature parat (cruciatus) idest tormenta Catharinę.

Migrat palmę socius
Catharinę cruciatus
Maturat Maxentius.

¶ Palma) idest corona vł martyrio passionis (imminente) idest appropinquante iam (inter) idest proponit, seu introducit hæc quę sequũtur (o Iesu bone qsquis fuerit memor mei in suo agone) idest in sua morte vel tribulatione aut necessitate (assequatũ quod ad te petierit) me intercedente: hęc autem oratio statim exaudita a deo responsum fuit ab angelo. Veni dilecta sponsa mea tibi ianua cœli est aperta: veni coronaberis. & his qui te inuocauerint optata pręsidia promitto.

Imminente passionis
Palma hæc interserit:
Assequatur Iesu bone
Quod ad te petierit:
Suo quisquis in agone
Memor mei fuerit.

¶ In hoc) idest interea temporis vł inter ipsam orationem (caput) scilicet Catharinę amputatur idst aufertur (& lac fluit) idest emanat ꝓ sanguine. idest loco sanguinis (& corpus subleuatur) .i. rapit̃ & eleuatur multitudine angelorum: & (collocatur) hoc est sepellit̃ (in culmine supremo) idest in summitate & vertice alto montis sinai. Sina mons est eminentissimus in arabia de quo apostolus ad gal. iiij. mons est in arabia qui coniunctus est ei quæ nunc est Ierusalem & seruit. &c̃. hoc nomine vrbs mesopotanię nuncupatur.

Sina.
Apłus.

In hoc caput amputatur:
Fluit lac pro sanguine:
Angelorum subleuatur
Corpus multitudine:
Et sinai collocatur
In supremo culmine.

¶ Hęc) .s. res (declarat) idest aperit (& hęc explanat) idest manifestat (& melius esset hoc in vtraq; parte (meritũ) .i. excellẽtiã (ṽgeneũ) .i. uirginis Catharinę (quod oleũ manat incessanter) idest sine cessatiõe (ex tũba) .i. ex sepulchro eius (cuiꝰ virtus sanat aculeum) .i. punctionẽ seu dolorem (& omnis languoris) .i. totius infirmitatis corporeę.

Hęc declarat; hęc explanat
Meritum virgineum:
Quod ex eius tũba manat
Incessanter oleum:
Cuius virtus omnis sanat
Langoris aculeum.

¶ Vt hæc vnctio sancta vim) idest violentiam & pœnam doloris corporalis (sic infusio) idest aspersio liquoris spiritalis) idest spiritus

Vim doloris corporalis
Vt hęc sanat vnctio:

Sic liquo

Sic liquoris spiritalis
Mundet nos infusio:
Et æterno temporalis
Dolor cędat gaudio. Amen.

sancti, qui concipitur ex anima nostra (mūdet) idest purget nos a peccatis & (dolor tēporalis) idest corporeę infirmitatis (cędat) .i. obediat (gaudio ęterno) vł potius discedat ꝑ recedat gaudio æterno .s. veniente, vt sicut vnctione corporali sanātur infirmitates corporis. ita per intercessionem beatæ Catharinę infusione spūali sanētur vitia. Amē.

Carmē est quale illud christe redemptor omniū. Canitur ad horas vespertinas in festo beati Andreę apostoli. Cuius martyriū describit; & petit vt nostrarū precū stet exauditor.

GAude sacrata meritis
Andreę tellus inclyti:
Gesta reuoluens aurea:
Quis petas ad cœlestia.

¶ Sacratissimi hymni pręsentis materia est de laudibus gloriosissimi apostoli Andreę tractare: cuius miracula & martyrium describit. petitq; per eius intercessionē nostras preces exaudiri a deo. dicit igitur. O tellus ex qua oriundus fuit Andreas, vel intellige achaiam (sacrata) idest cōsecrata meritis Andreę apostoli (inclyti) idest nobilissimi. quid sit inclytus vide supra (gaude) idest lætare propter tātum patronum. & interpretatur Andreas decorus siue virilis ab andor quod est vir. (& reuoluens) idest recensens (gesta) idest opera (aurea) idest miracula Andreæ (quis) idest quibus (petas) .i. eas (ad cœlestia) .i. ad cœlū. sicut ipse beatus Andreas: alias q̄ spectāt. hoc est; quę gesta habent respectū ad cœlestia .i. potius diuina q̄ȝ humana sunt.

Andreas vnde.

Ortus israelitica
De gente legi subdita:
Qua patriarchę splendida
Fulserunt & fit deica.

¶ Ortus) scilicet fuit Andreas (de gente israelitica) idest ex populo israelitico (subdita) .i. subiecta (legi) hoc est obediente sancta & timorosa (qua) idest in qua (splendida) .i. clara (patriarchę) idest sancti veteris testamēti (fulserunt) idest splēduerunt (& fit) scilicet modo propter beatum Andream (deica) idest diuino deo dicata.

Germanus & clauigeri
Cœlestis aulæ extitit:
Carnali tam propagine
Quam passionis genere:

¶ Extitit) scilicet beatus Andreas idest fuit Germanus. idest frater. nam germanus: ex eadem tantum genitrice est teste Varrone: tamen confunduntur & poetarum est: frater vero oratorum (clauigeri) idest Petri apostoli clauicularij (cœlestis aulę) idest paradisi; tam propagine) idest generatione carnali (quam genere) idest imitatione passionis: quia vterq; crucem subijt pro christo:

Germanus. frater.

Spargens

Vterque spargens semina
Pellebat procul delubra:
Aegeam purgans lauacro
Plebem sacransque domino.

❡Spargēs) scilicet sanctus Andreas. idest extendens, multiplicansque (semina vitę) idest doctrinam christi quę est verbū dei (pellebat) simplex pro cōposito. idest expellebat procul detestādo (delubra) idest deos.

Delubrū seu idola gentilium. aut delubra. idest templa vel loca ipsis idolis dedicata. nam secundum Hieronymum super Iohel. Delubrū pro templo ponitur. inquit enim. vniuersa donaria in delubro eius consecrarunt. & Vergilius quid delubra iuuant (purgans) idest lauans, seu potius lauare cupiens Aegeam Pro cōsulem (lauacro) .i. in fonte baptismatis (que) pro & (sacrans) idest consecrans & mundans plebem domino.

Hierony.
Vergili.

Denos quater exanimes
Eiectos maris fluctibus:
Mortis tulit e faucibus
Vitæ donauit vsibus.

❡ Describit hymnus miraculum a beato Andrea. factum dixit enim (Andreas scilicet tulit) idest abstulit (e faucibus mortis) idest ab ipsa morte: nam iam erāt suffocati (quaterdenos) scilicet iuuenes qui venerant nauigio: vt audirent doctrinam apostoli. & a diabolo per concitationem maris suffocati sunt (exanimes) idest iam mortuos: alibi iuuenes & non exanimes (eiectos) idest expulsos (a fluctibus maris & donauit) eos. scilicet (vsibus vitę) idest dedit vitam suscitando eos.

Aegeaque pro consule
Furente contra dominum:
Crucis tulit suspendium
Reddidit cœlo spiritum.

❡Et quia in resurrectione. xl. virorum copiosa populi multitudo crescebat: baptismum recipiendo: & vxor Aegeę erat iam conuersa ad christum (tulit) idest pertulit Andreas (suspendium) idest suspēsionem crucis. nam suspendium pro suspensione ponitur. vel suspendio vitam finiuit: idest pendendo interfectus est ægea. idest per ęgeam Pro consule fu. (contra dominum) tamē biduo viuens in cruce multos conuertens (reddidit) idest emisit spiritum (cœlo) idest ad cœlum. & hoc (ægea) pro con. adhuc: & contra dominum furente.

Suspēdiū

Nunc te precamur agie:
Nostra libenter suscipe
Vota: ferque remedium:
Tollendo moles criminum.

❡ Petit denique eius intercessionem (o agie) .i. o sancte Andrea. Agios dicitur ab. a. quod est sine & gis vel geos quod est terra quasi sine terra. aut pur⁹. & dr̄ latine agius. a. um idest sanctus. cta. ctum (p̄camur te nunc suscipe) idest vt suscipias (libenter vota nostra (que) pro & (fer) idest da (remedium tollēdo) idest abstrahendo a nobis (moles criminum) idest molestias & fastidia peccatorum.

Agios & vnde.
Agius. a. um.

Laus

Laus honor pax & gloria
Dicatur ab ecclesia;
Sit trinitatiq; vnice
Constans æterno fœdere.

¶ Laus honor pax & gloria dicat ab ecclesia(& sit trinitati vnice).i. deo trino & vno(q;) p& (cōstans) idest cōstantia sit etiam (æterno fœdere.idest per infinita sæculorū sæcula amen. aut cōstās.i.cōstanter.

Carmen est quale superius .Canitur ad horas matutinas eiusdem festi beatę Andreę:cuius martyrium describit & auxilium implorat.

POst Petrū primū principē
Andreas est apostolus:
Salutis verbum pręedicans
In Achaia prouincia.

¶ Martyriū beati Andreę & ea quę in eodem cōtigere:describitur præsens hymnus. vt noster titulus demōstrat & in textu cōtinetur(Andreas est apostolus primus) .i.secūdus(post Petrum) scilicet germanum eius(primum principē).s.ecclesię.nam ipse fuit fundamentum ecclesię:quia tu es Petrus & super hāc petram ędificabo ecclesiam meam. fuit enim beatus Andreas post Petrū fratrem vocatus. & primo post eum conuersus ad Christum(pręedicans verbum)idest doctrinam salutis (in prouincia Achaia) sic dicta.est aūt Achaia regio grecię vndiq; circunsecta mari preterq; a Septentrione: cujus caput est Corinthus: & est dicta ab echeo.hęc etiam Herodoto placet. Danaa dicta fuit. vnde achei & achiri dicuntur gręci. Ouidius. Ah. quotiens dices quam pauper Acaia nostra est. Achaya: vnde. Herodotus. Ouidius.

Captus in Patras opido
Traditur diro carceri;
Ferali pœna cęditur
Tortor calet vesania.

¶ Captus) scilicet beatus Andreas (in opido Patras)idest in ciuitate patrarum. declinatur autem patrę arū. & est ciuitas achaię : cuius meminit Plinius.li.iiij.(traditur)scilicet ab Aegea (carceri diro). i. crudeli:& cęditur.i.punit(pœna ferali)idest mortisera(& tortor)scilicet Aegeas:vel carnifex eum pcutiens(calet)idest incenditur(vesania).i. vecordia:crudelitate:& furia animi incensi ingerēdo pœnā martyri dei. Prē.arū:

Dilaniatus ictibus;
Ligno crucis suspenditur:
Biduo viuens non cessat
Fidem docere populum.

¶ Dixerat qd tortor calebat vesania.nam(dilaniatus)idest dilaceratus(ictibus) idest flagellis.qa. xx. hominibus cęsus prius(suspenditur)idest crucifigitur(ligno)idest in ligno crucis & (viuens biduo) idest per specium duorum dierum in cruce(non cessat docere populū fidem)scilicet catholicam.i. instruere populum in fide catholica.

Quia

Clamor plebis attollitur
Charus deo exposcitur:
Reddatur iustus innocens:
Sanctusq; bonus queritur.

¶ Quia in cruce positus biduo superuixerat Andreas: ideo (clamor plebis) idest totius populi (attollitur) idest insurgit & eleuatur contra ægeam (& .s. charus) idest dilectus deo & hominib⁹ Andreas (exposcitur) idest petitur a populo: dico q̄ .cl. pl. atto. (vt iustus & innocēs reddatur) .s. populo vel in libertatē redigatur (q;) pro & (sanctus & bonus queritur) idest inquiritur. scilicet ad eius doctrinam insequendam. alias bonis. idest a bonis

Fallaxq; ad patibulum
Quasi soluēdum properat:
Deuotus martyr in pœnis
Orat ne arctioribus

¶ Fallax) scelicet ægeas motus querimonijs populi (pperat) idest currit (ad patibulum) idest ad crucem in qua sanctus Andreas erat (quasi ad soluendum) idest ad dissoluēdū apostolum, & deponendum de cruce: & (martyr) scilicet Andreas (deuotus) idest deuote patiens pro amore christi (in pœnis arctioribus) hoc est grauissimis & valde crudelibus (orat) idest orationem facit ad deum: ne sineret eum viuum de cruce deponi: nisi prius acciperet spiritum eius. hanc orationem tradit Augu. li. de pœnitentia. hic versus cum sequenti est ligatus.

Loris resoluat impius
Diuini indeptus muneris:
Frater instigat iurgijs
Iustisq; querimonijs.

¶ Dico q̄ apostolus orat dominū ne ægeas (impius resoluat) idest dissoluat & tollat eum (loris) idest ex ligaminibus illis: quib⁹ ligatus pēdebat in cruce (poteris modo dicere arctiorib⁹: qa hic versus: vt dixi cum superiori ligatus est) populus tū volebat eum deponere: sed oratione facta nubes circunfulsit eū: & migrauit ad dominum. tunc Maximilla vxor ægeę sepelliuit eū honorifice. ex eius autem monumento manna expirat. ægeas vero domum rediēs: a dæmonibus arreptus expirauit. & tunc frater ægeę nomine Stratocles (indeptus) idest particeps (diuini muneris) vel potius dic indeptus & assecutus partem. scilicet diuini muneris. Indeptus autem ne te lateat lector. ab indepisco. is. vel indepiscor eris. nascitur, qd̄ est vsurpo. assequor. adepiscor Plautus in aul'. Nec partem tibi ab eo cui sit indepisces. neq; furem excipies hinc etiam indepto. as. frequentatiuū. Varro. Neptē aliquā indeptauit hęreditatis. indeptus ergo. quasi iam spiritu sancto illuminatus (instigat) idest properat ad fratrem (iurgijs) idest reprehensionibus (& iustis querellis.

Indeptus Indepiscor. Plautus. Indepto. as.

Eant tecum quę tua sunt
Aegea crudelissime:
Completa eius gloria
Deuicto hoste callido.

¶ Hęc sunt verba Stratoclis fratris ęgeę q̄ cū videret eū arreptum a dęmonibus: nihil voluit accipere de reb⁹ eius. dicēs (o ęgea crudelissime q̄ tua sunt eāt tecū) qa sufficit mihi xp̄s Iesus: vt refert ei⁹ historia: glīa aūt eius. scilicet Andreę (cōpleta) .i. perfecta est: qa migrauit ad dn̄m (hosti callido) .i. iniquo (Aegea deuicto) .i. supato & obruto cū suis idolis.

Imploret ergo meritis
Suis pro nostris actibus:
Vt mereamur consequi
Sancta in fine premia.
Laus honor. &c. vt sup. Amē.

¶ Ecce pro conclusione in presenti parte apud deum eius auxilium implorat: dicens (ergo) idest quia tam gloriose cursum vite sue consumauit Andreas (imploret) idest obtineat & suis meritis veniam cōsequatur (pro nostris actib9) idest ꝓ nr̄is operibus seu peccatis (vt mereamur in fine). s. vite nostre (consequi pmia sancta). i. gloriā eternā & sanctorum consortium. Amen.

Carmē est dimetrū iambicū cacometrū. Canit̄ in festo sancti Nicolai ad vesperas. Cuius vitam cōmendat & miracula describit.

EXultet aula coelica.
Laetetur mundi machina.
Dum refert solis orbita
Nicolai solemnia.

¶ Laudes gloriosissimi patroni nostri Nicolai in p̄sentiarum versantur: eius eñ miracula tā ab ineūte etate perpetrata: q̄ post mortē facta: ex amussim describit p̄ns hymnus: eumq; ad nostrum erga deum fauorem inclinat. sed nota primo: q̄ dictus est Nicolaus. a nicos qđ est victoria. & leos. qđ est populus. quasi victoria populi. i. vitiorū. vel eo qa multos populos docuit fugere vicia. fuit autem ciuis Patere vrbis Licie. pater eius Epiphanius: mater vero Ioāna dicta est: claruitq; inenarrabilibus virtutibus: vt eius historia rep̄sentat (Aula ergo coelica). i. coelum ipsum: qđ quidē coelicolarū habitatio est (exultet). i. laetetur (& machina) idest factura mundi. i. ipse mundus (letetur). i. gaudeat (dū orbita solis). i. reuolutio anni hunc diem annuatim rep̄sentans. de orbita vide in hymno Magdalene (refert). i. rep̄sentat (solemnia sancti Nicolai.) Quare dictus est Nicolaus.

Qui vagitus infantiae
Decorauit mirifice:
Dans virtutum primordia,
Inter ortus crepūdia.

¶ Qui). s. Nicolaus) decorauit). i. illustrauit (vagitus). i. voces & lachrymas (infantie sue) qñ nec poterat: nec sciebat loqui: nā vagire priū est vocis infantiū: dū plorāt. inde est vagitus ꝓ vocibus, seu fletibus infantiū. & est v̄bū sumptū a sono vagiētis. sic eñ Antoni9 nebrissen. magister meus in salutatiōe patriae sue. Vagitusq; meos audit iste locus (dans primordia). i. principia virtutum & miraculoꝝ (inter crepundia). i. inter cunas ipsas, seu ornamenta infantiū (ortus) i. natiuitatis sue. Crepūdia dicūtur prima munuscula que dantur pueris: vt sunt fasciole, vestes, bulle, coralia, ensiculi, crepitacula. & c̄. haec Calepinus. Vagio. Tagitus. Antoni9 nebrissen. crepūdia.

Quarta cum sexta feria
Semel suggebat vbera;
Iam in etate tenera
Hac vsus abstinentia.

¶ Signat miracula facta inter ort9 crepūdia sancti Nicolai. dicens (q̄ (quarta feria). i. in die mercurij (& in sexta). i. in die veneris. de feria dixi in principio hymnorū (sug. i. lactebat semel vbera). i. mamillas matris. Nota q̄ dicimus lacteo lac sugo, lacto lac prebeo nato. (iam). i. ex tūc a pericia (vsus hac abstinentia in etate tenera) idest in infantia sua.

Signa

¶ Signat miracula post ei⁹ mortē. dicens (cuius tumba) idest cuius sepulchrum (fert) idest dat & manat (oleum nesciū oliuæ matris) idest non naturaliter sed miraculose factum: ideo subdit (marmor. s. tumbę parturit) idest imittit (sudando) idest per sudorem (q̄ natura non pertulit) idest non produxit.

Cuius tumba fert oleum
Matris oliuę nescium:
Quod natura non pertulit
Marmor sudando parturit

¶ O pater ingenite) idest non genite. q̄a vt scribitur in simbolo Athanasij. pater a nullo est fact⁹, nec creatus, nec genitus (pręsta) idest concede (o Iesu) idest o fili saluator noster pręsta etiam (cū pneumate sancto) idest cum spiritu sancto (vt iungamur ciuibus cœli) idest coniungamur sanctis in cœlo. & hoc (precibus) hoc est intercessione sancti Nicolai patroni nostri: sed nota q̄ pneuma. atis. grecum nomen est. latine autē sonat spiritus seu flatus. inde pneumaticus spiritualis. vnde etiam pneumatica organa dicūtur spiritualia. Pli. li. xix. E puteo particis pneumaticisq; organis tollendo.

Pneuma.

Presta pater ingenite
Iesu cum sancto pneumate:
Vt Nicolai precibus
Cœli iungamur ciuibus.

Carmen est quale superius. Canitur ad horas matutinas eiusdem festi beati Nicolai.

¶ Hic qui per se hymnus apparet: frustum est pręcedētis in eo autem beatum Nicolaum exoratum induxit: vt stet aduocatus omnib⁹ qui eum in periculo quęrunt. vt secum in gloria lætentur. inquit ergo. (o pontifex) idest o pręsul (venerāde) idest digne venerationis maxime veluti qui angelica voce fuit consecratus in episcopum Mirrhę ciuitatis. Pōtifex autem sacer magistratus, vt inquit Sceuola á posse & facere dictus, vel vt inquit Varro á ponte. quia sublicius pons a pontificibus factus est primū. & restitutus sępe. & erāt maiores & minores: iter quos summus pontifex dictus est maximus: q̄d sit iudex omnium quę ad religionęm p̄tinent. Numa enī vt tradit Liuius pontificē fecit: eiq; omnia sacra: & iura publica & priuata subiecit (opifex) idest adiutor. & videtur ab opera deduci. & artificem atq; operatorem significat. non modo rerum: sed etiam verborum. potest etiam dici quasi opem ferens. (pius & non tardus) subueniendo in necessitatibus: tam in vita quā post mortē (cunctis qui quęrunt te) idest inuocant te (in periculo) & hoc corde credulo: hoc est credenti & perfecto.

Pōtifex.
Sceuola.
Varro.
Opifex.

O Venerande Pontifex
Pius nec tardus opifex
Cunctis: qui corde credulo
Te quęrunt in periculo

¶ Et quia tu es pius opifex (aufer) idest amoue a nobis vel a cūctis (q quęrunt te dispendia) idest damna vel pericula mortis. dispendium

Dispēdia

Aufer mortis dispendia
Confer vitæ stipendia.

Vt post

Vt post carnis exilia
Te cum simus in gloria.

enim dicimus: quod in curia vel negligentia: aut immoderatione dispēdimus. vnde Teren. Vt ineat gratiam sine suo dispēdio: & mihi pro

sit (& confer) idest da nobis (stipendia) idest prēmiū & remuneratione certaminis vitæ. scilicet hui9 nostrę: & est stipēdium æs militare. seu prę mium quod militibus datur: & est compositum nomen ab stipe: & pendo. q. stips pōderata. stips aūt ab antiqs dicebatur æs. qa anteq̄ signatū esset nō numerabat: sed pōderabatur. Prę sta pater vnigenite: vt supra. Stipēdiū Stips.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matuti. in eodem festo gloriosissimi patris nostri Nicolai: per cuius intercessionem petimus ab eo nostrorum criminum condonationem.

IEsu redemptor omnium
Perpes corona prȩsulum
In hac die clæmentius
Nostris faueto precibus.

¶O iesu redemptor omnium) scilicet fidelium (& corona) idest remuneratio & prēmium (perpes) idest perpetua in æternum duratura (prȩsulum) idest pontificū (faueto) idest succurre & fauorē præsta (clæmentius) idest solita pietate & maxima clæmētia (nostris precibus) idest nostris orationibus: fusis in (hac die) scilicet solemnitatis sancti Nicolai gloriosissimi.

Tui sacrati nominis
Confessor almus claruit:
Cuius celebrat annua
Deuota plebs solemnia.

¶Dico q̄ succurras nobis clæmentius in hac die. scilicet in qua (confessor almus). i. sanctus Nicolaus: (confessor tui sacrati nominis) qa teipsum prædicauit (claruit) idest clarificatus est: & splēdidus factus (cuius solemnia) idest cuius festū (annua) idest anniuersaria: qui singulis annis proueniunt (plebs deuota). i. humilis celebrat). i. veneratur.

Qui rite mundi gaudia
Huius caduca respuens:
Cum angelis cœlestibus
Lætus potitur prȩmijs.

¶Qui. s. sanct9 Nicolaus (respuēs) idest paruipendens (rite) idest recte (gaudia caduca). i. transitoria (huius mundi) in quo tam misere & calamitose vitam ducimus (lætus) ipse (cum angelis cœlestibus) idest curię cœlestis ciuibus (potit̄ p̄mijs) i. perēniter gl̄ria cœlesti fruit̄.

Huius benigne annue
Nobis sequi vestigia:
Huius precatu seruulis
Dimitte noxam criminis.

¶O scilicet deus benigne) idest ō redemptor misericors iesu christe (benignus) a bonus deducitur. & proprie est qui bonis & dignis largitur. & est dictio cōposita ex bo Benign9.

no & gignendo. vnde benignam terram decimus: fructus abunde reddẽtem. Plinius de egypto. Nulla est benignior tellus: nullus ager feralior (concede nobis sequi) idest imitari (vestigia) idest exempla mores & vitam huius. scilicet Nicolai (& huius precatu) idest p̃cibus & intercessione (dimitte) idest parce & remitte seruulis (noxam). i. culpã & peccatũ.

¶ Concludit ad laudem dei (o christe) appositiue (rex pijssime). i. magnę misericordię (gloria sit tibi) (q; pro & patri cum spiritu paracleto). i. bono & consolatori (nũc & in perpetuum. Amen.

Sit christe rex pijssime
Tibi patriq; gloria:
Cum spiritu paracleto.
Et nũc & in perpetuũ. Amẽ.

Carmen est Alcmanium dactylicũ trimetrum hypercatalecticum. Canitur in festo beatę virginis & martyris Eulalię: cuius martyrium laudesq; prosequitur.

¶ Si ante hac candide lector hic gloriose virginis Eulalię hymnus: rubiginosus inermis: ac perinde obscurus intonuit. non culpa sua: sed in causa fuit autor ignotus: & indiscussa carminis qualitas. quæ eum turgidum: & ampulosum reddiderunt. nũc vero nostra ope securus publica tẽdat. donec veniat in mediũ. Antonius nebrissẽ. lumen Hispanię super prudentium autor est Aurelius prudentius clemens. qui hanc odem in laudem virginis Eulaliæ composuit. multiugam namq; eius laudem celebrando. martyriũ suum abũdanter explicat & miracula. laudatq; illam. primum a nobilitate patriæ & generis: dicit deinde q ab ineunte ętate dedit indolem, seu specimẽ ad moriendum pro religione christi. continet ode. xliij. versus. composuit etiã prudẽtius hymnũ. s. Ales diei nũcius. & nox & tenebrę. quos cãit ecclesia. qlitas ergo erit. Metrũ est Alcmaniũ dactylicũ trimetrũ hypercatalecticũ cõstãs trib⁹ dactilis & semipede: & scandit̃ sic germine. nobilis eulali. a. syllaba ista vltima dicitur semipes, seu cesura. Erit autem ordo (Eulalia) virgo illa sanctimonialis (nobilis) idest venerabilis & clara (germine) idest in genere, vel generationis principio. fuit enim nobilib⁹ orta parentibus: quo ad seculi pompam & (nobilior) idest excellentior (indole) idest pręstantia & futura virtute, seu significatione mortis. scilicet futurę pro christo sponso suo. nam ab infantia sua per Donatum presbyterum instructa in dei laudibus perseuerabat. (sacra virgo ornat) idest decorat (ossibus) scilicet suis: qa ibi sepulta est (& colit amore) scilicet exercẽdo miracula (Emeritam suam) idest ciuitatem Emeritẽsem: extra quã passa est martyriũ: vt refert historia. (cuius ab vbere) idest a cuius vbertate, seu fertilitate (progenita) idest propagata est. nam fuit oriũda a villa quę dicitur Proncianor vltra Emeritam milliario fere. xxxviij. Emerita aut augusta Hispanię oppidũ, seu ciuitas sit ad Lusitaniã spectans.

Germine nobilis Eulalia
Mortis & indole nobilior
Emeritam sacra virgo suam
Cuius ab vbere ꝓgenita est.

Emerita.

Proximus

Proximusq; occiduo locus est:
Qui tulit hoc decus egregiũ
Vrbe potens pplis locuples:
Sed mage sanguie martyrĳ
Virgineoq; potens titulo.

¶ Topographia vtitur quæ descriptio loci dicitur: nam describit locum qui tãtum protulit decus. & eius fertilitatem designat. dicens. (locus qui tulit) idest protulit, seu progenerauit (hoc decus) idest sanctam Eulaliam (egreg.) idest eminens & pstans: nam quod ex toto grege eligitur excellens egregium decus. Terentius forma egregia & ętate integra (est proximus) idest propinquus & coniunctus (occiduo) idest occidenti sole. Nam Lusitania quę est pars vlterioris Hispanię in Europa oceano occidentali alluitur: in qua est ciuitas Emerita & Portugale regnum (potens vrbe) scilicet Emerita. vel vrbe pro vrbibus est locus illius regionis (potens) vt sit singularis numerus pro plurali: & erit tapinosis figura (locuplex) idest abundans populis (sed mage) idest magis potens sanguine martyrĳ (q;) pro & (titulo virgineo) idest laude & dignitate virginis Eulalię. nam per translationem bene sumitur pro laude, seu dignitate: licet dicatur attendo titulus.

Egregius a.um.

Curriculis tribus atq; nouem
Tris hyemes q̃ter attigerat:
Cũ crepitãte pyra trepidos
Terruit aspera carnifices:
Supplicium sibi dulce rata.

¶ Signat quo tẽpore suę ętatis ad passionem cucurrit beata Eulalia. dicẽs. quod (Eulalia attigerat quater (aduerbium est) (tris hyemes). i. duodecim hyemes. hoc est duodecim annos. pars pro toto. tris pro tres actus pluralis est. Vergili9. tris littore ceruos prospicit errantes. numerat autem ab hyeme potius quã ab alia parte anni: quia annus ingressum & terminũ accipit ab hyeme (curriculis tribus atq; nouem) scilicet trãsactis. idest tribus atq; nouem reuolutionibus annorum finitis idem per diuersa. nã vt refert historia iam fere decimum tertium ętatis annum intrabat (cum aspera scilicet Eulalia quo ad se in patiendo. vel quia increpabat Calphurnianum atq; tortores ipsos (terruit carnifices) idest tortores ipsos trepidos. idest pauidos, vel festinos. Vergilius ęne. iij. hic me dum trepidi crudelia limina linquunt immemores socij vasto cyclopis in antro. Seruius ibi trepidi. i. festini (pyra) idest rogo crepitatem. idest crepitum facientem propter ligna ardentia. in his autem antiqui mortuorum corpora concremare consueuerunt (rata) idest quę credidit & imaginata est (supplicium) idest pœnam & incendium aculei cum lampadibus ardentibus circa eius latera appositis: esse pro christo dulce sibi.

Trepid9.
Vergili9.
Seruius.
Pyra.

Iam dederat prius iudicium
Tendere se patris ad solium:
Nec sua membra dicata toro
Ipsa crepũdia repulerat
Ludere nescia pusiola.

¶ Iã dederat). s. scta Eulalia (prius) idest ab ineũte ętate (iudiciũ). i. demõstrationẽ & spẽ (se). s. velle (tendere). i. p martyriũ ire (ad soliũ) i. sedẽ & tribunal patris. i. dei omnipotentis (nec dicata) subaudi dederat iudicium (membra sua nec dicata) i. nec dedicanda. scilicet esse (toro) idest viro

idest viro. hoc est quod nemini nuptura erat. scilicet virginem obseruatura(nam pusiola)idest puellula. diminutiuũ est. repullerat prius(ipsa crepundia)idest prima munuscula. vt crepitacula quę dantur pueris. de quibus dixi supra in hymno sancti Nicolai (nescia ludere) idest quæ nesciuit ludere aliqua re. scilicet canere, vel iocari, vel psallere: quo ad sęculi pompam veluti alię solent.

Spernere succina, flore rosas:
Fulua monilia respuere:
Ore seuera, modesta gradu:
Moribus & nimium teneris
Caniciem meditata senum:

❡ Nesciebat beata Eulalia ludere, nec delectabatur illis: quibus cæterę puellę delectabantur. nam(spernere) idest spernebat infinitiuꝰ pro p̃terito imperfecto(succina)idest electrum desudans ab arboribus. vulgo dicitur ambar. vt puta. ex quo fiunt lineę calculorum: & etiã spernere(rosas flore) idest cum flore suo. vel alio quouis. & respuere pro respuebat monilia. vulgo dicitur cadena o collar de oro(fulua) idest aurea. & hoc qa erat. s.(seuera) idest grauis(ore) idest aspectu(poteris etiã dicere seuera spernere. idest ad spernendum) &(modesta) idest honesta & temperata(gradu) idest incessu & (meditata) idest quę in mente habuit, vel imitata est(caniciem) idest grauitatem senum. Nam dicitur in lib. sapientię. cani autẽ sunt sensus hominis: & ętas senectutis vita immaculata moribus nimium teneris: quia supra dixit pusiola.

Succinũ.

Gloria magna patri & genito
Spiritui simul ipsa sacro:
Qui deus vnus & oĩpotens
Cuius amore fit Eulalia
Nunc celebrantibus.

❡ In Prudẽtio nõ est hic finis hymni: sed iste: sic venerarier ossa libet. Ossibus altare impositũ. Illa dei sita sub pedibus. Prospicit hæc populosq suos. Carmine propiciata fouet. Hunc autem finem ego hic apposui. (glĩa magna patri. &c. lr̃a est clara. hęc habui sup hymnũ sanctę Eulaliæ. si tamen non certũ arripui iter: satis est ponere sapientem in via: a qua propter sentes alienus erat, dixi.

Carmen est quale illud iam lucis orto sydere; Canitur ad horas matutinas in festo beatę Eulaliæ.

NVnc gloriosæ virginis
Hic concinamus gloriã:
Eulaliæ vt precantum
Cœlo reseruet premium.

❡ Hũc hymnũ rogatus composui: vt cantaretur in hac diocesi Hispalitana ad horas matuti. & propter ea breuiter ordinẽ textus delibandũ p̃pono. Sed nota ꝙ ex eius materia primo incitamur ad celebrãdam gloriam beatæ Eulaliæ: quam de dilectione dei laudamus & fauorẽ eius erga deum petimus. ergo (nos concinamus nunc) idest simł cantemus(gloriam virginis gloriosę Eulalię)necessitate ductus posui trocheum pro spondeo, vel iambo: vt nomen

men virginis non abijceretur a carmine (vt reseruet) idest conseruet (in cœlo premium precantium) idest festum glorię suę celebrantium.

Hæc namq; christum fortiter
Dilexit & pro munere:
Vitæ perẽnis gaudium
Confert benignus conditor.

¶Hæc namq;) scilicet Eulalia virgo (dilexit) idest amore prosecuta est maximo christũ: & propterea (benignus conditor) idest legifer christus magnificus plasmator rerum omnium (confert) pro contulit: idest dedit gaudium perennis vitę) idest p̄rię cœlestis. & hoc (munere) idest pro remuneratione sui certaminis legitimi.

O virgo dulcis vernula / serva
Quæ sic negasti peruigil:
Pompam nocendi pessimã
Necnon minas Calphurnij.

¶Ecce ad eius auxilium petendum vertimur modo (o v̄go dulcis vernula). i. dulcis christi serua (quæ) existens. scilicet (peruigil) idest vigilãs erga custodiam virginitatis & legis christi (negasti sic) idest tã viriliter (pompam pessimam nocẽdi) idest delectationes mundi: quæ tibi nocere poterant (necnon) idest etiam (minas calphurnij) scilicet iudicis. pro calphurniani propter metrum.

Fac nos precantes surgere
In morte lapsos criminis:
Saluator vt iam sæculi
Noxas remittat seruulis.

¶Fac ó beata Eulalia (nos precantes lapsos) scilicet propter consuetudinem peccandi (in morte criminis) idest peccati (surgere) scilicet ab eo (vt saluator sæculi) idest christus qui sæculum redemit (remittat noxas) idest culpas (seruulis) tuum fauorem petentibus.

Patri deo sic mittimus
Laudes simul paracleto:
Sancto decus sit filio
Qui regnat i ppetuũ. Amẽ.

¶Gratiarũ actio est. sic mittimus deo patri laudes (simul) idest pariter (paracleto) idest spiritui sancto necnon. idest etiam decus sit filio: (qui regnat). s. cũ patre & spiritu sancto (in perpetuũ) idest in ęternum & sine fine. Amẽ.

LAVS DEO.

De incipientbus ab.M.

De incipientibus ab. N.

De incipientibus ab.O.

De incipientibus a.P.

De incipientibus a.Q.

De incipientibus ab.R.

De incipientibus ab.S.

De incipientibus a. T.

De incipientibus ab.V.

FINIS.